

Iacobi Balde e S. I.

Poema SOMNIUM inscriptum

Quod

Silv. Libro sept. habetur

explicatum

sive

Interpretatio eiusdem Somnii

Quale

Auctor viderat Anno XLII

De Cursu

Historiae Bavaricae

Nunc in iustum Commentarium Curis
primis relata a Didaco Valarado,
ipsius Amico

Anno XLIX.

Et verum est Somnium, et fidelis
Interpretatio eius. DAN. 2.



PRAEFATIO.

Scriptum est poema istud anno Christi 1642, biennio postquam auctori munus continuandae historiae Bavaricae impositum fuit, anno 43 in lucem editum cum aliis lyricis et reperitur in lib. 7. silv. num. carminum 15. ante Scytalen lyricam. Composuisse videtur statim postea quam Expeditionem Donawerdanam illo anno confectam Sereniss. Electori tradiderat, quod suis locis indicamus. Inscripsit autem 'Somnium', quod prodigiosissimis hieroglyphicis et allegoriis refertum, sicut poeticas divinationes patiens viderat, ita bona fide posteris enarravit, qua et nos Explicationem eius cum cura trademus. Cum enim diu suavissime convixerim, utcumque in arcana poetae memet penetravi usuque comperi virum istum coniecturis indulgere praeterita praesentibus conferendo et ex amborum mixtura quandoque futura praeripere, rumoribus, quos ante salutem non ponit, a iusta suspectandi licentia non facile dimovendum. Quod vero carmen praesens ex composito obscuraverit, causas minime obscuras habuisse scito.

Interpretatio poematis
quod Somnium
inscribitur
de cursu Historiae Bavaricae.

Ex lib. VII. Silv. Iacobi Balde S. I.

Et verum est somnium, et fidelis
interpretatio eius. DAN. 2.



Dum vivo, dum tento lyram, dum carmina dico,
Non tale vidi somnium.

Dispersum mistumque chaos variumque remotis
Et ex propinquis dissonum.

5. Monstra tot in sese non conspirantia miro
Nexu ligavit Morpheus.

Ex Istro surgebat equus, quem lumine cassum
Lupus trahebat ambulans.

10. In pedibus sonipes oculos alatus habebat
Et tauriformes ungulas.

Insedī raptusque cito per inane volatu
Ignota veni litora.

Ad vers. 1—2. Sensus clarus est. Notum illud Persii de
somniais poetarum :

Nec fontē labra prolui caballino
Nec in bicipiti somniasse Parnasso
Memini, ut repente sic poeta prodirem.

Ad 3—4. *Chaos* vocat propter tot hieroglyphica, griphos,
aenigmata, allegorias.

Ad 5. Caligo et obscuritas somnii ex eo spissior, quod mon-
stra visa discordarent, exempl. gr. equus alatus, in pedibus oeu-
latus; regulus in ore leonis; apes in militares viros versae;
iuvenis se ipsum manibus ferens; urbs in vellere leonis; silvae
pugnantes; vox fluminis; Centaurus fabas serens etc.

Ad 6. *Morpheus* somniorum artifex, de quo Ovid. l. 11.

Excitat artificem simulatoremque figurae
Morphea. Non illo iussos sollertius alter
Exprimit incessus vultumque sonumque loquendi.
Adicit et vestes et consuetissima cuique
Verba.

Huius fratres sunt Phobetor et Phantasus.



Nimmer, so lange ich leb' und Lieder singe zur Laute,
Ein solches Traumbild sah ich noch,
Dunkel, verwirrt und verstreut, ein Chaos feindlicher Dinge,
Aus Näh und Ferne bunt gemischt.
Ungeheures in Fülle, einander bekämpfend, vereinte
Mit wunderbarem Band der Traum. 5.

Aus dem Ister aufstieg ein Ross mit lichtlosen Augen:
Ein Wolf im Wandeln zog's daher.
An den Füßen hatte das Ross die Augen und Flügel
Und Hufe, wie der Stier sie trägt. 10.
Ich bestieg's, und in sausendem Flug durch die Lüfte gelangt' ich
An unbekanntes Meergestad.

Sequitur iam auctoris somnium beneficio Morphei et fratrum infusum.

Ad 7—10. Per equum hunc prodigiale nihil aliud existimo designari, quam periculosum iuxta ac laboriosum historiae Bavaricae expetendae officium, sicut per leonem ipsam historiam intellegit, quamvis idem leo modo ad ipsum etiam Serenissimum Electorem Maximilianum, cuius auspiciis ac voluntate historia conscribenda est, modo ad Bavariam, a qua historia suum accipit nomen, referatur, ut adeo haec tria, historiam, principem, Bavariam, idem leo symbolice repraesentet. Substratam historiae materiam comparat auctor exstruendae arci vel urbi in pelle leonina, quemadmodum Carthago exstructa fuit in tergore taurino, bellicoso item nemori, in quo monstreae arbores digladiantur, nimirum simulacra heroum aevo nostro proeliantium, quaeque alia de cursu patebunt.

Quaeres, cur auctor poema suum tot spiris atque maeandris velut inextricabilem nodum Gordium involverit. Respondeo primo: hanc somniorum naturam esse, ut, quia noctu plerumque dominantur, nocturnis quodammodo coloribus vestita vario simula-

Quinque viri iuxta canum iacere leonem
Auro iubatum tortili.

crorum atque imaginum occursum mysteria celent et mentem suspensam detineant. Sic Dido apud Verg.:

Anna soror, quae me suspensam insomnia terrent?
Item (Aen. 4) — — — — — agit ipse furem
In somnis ferus Aeneas; semperque relinqui
Sola sibi, semper longam incommutata videtur
Ire viam.

Hinc somnia in S. Script. sive regibus sive prophetis obiecta interprete opus habuerunt. Respondeo secundo: cum ceteras plerasque odas venustati aut voluptati scripserit, auctorem hoc carmen necessitati imputasse suadenti secretas ambages callemque non tritum. Nonnumquam cuniculosis scriptionibus opus est suo tempore evolvendis. Neque ii, qui voluntates nostras intra suam potestatem conclusas habent, opinari deberent, subiectis omnibus faciem instar ovi planam esse. Sagax coniectura rerum, sicut conditio humanae et potissimum aulicae vitae fert, in quotidianum usum cadentium multis pro naso est. Aperte eloqui non licet, clam fiat. Quae occasio fuit hoc poema componendi, fuit et causa obscurandi. Dixi quandoque opus esse scriptionibus cuniculosis, suo tempore evolvendis. Dabimus et speciem in Scythale eiusdem lyrica lib. 7. Silv. poem. 16. Carmini truncato media pars abest, neque intellexeris sequentia:

— — — — storiam componere iussus.
— — — — gleba spinarum ferax.
— — — — crescatque audacia coeptis.
— — — — multa non sinit loqui.
— — — — refert, quo bello gerantur.
— — — — enna quae signat ducem.
— — — — utinam cessare liceret.
— — — — empe fati debeor.

Adiunge his alteram partem et intelliges¹⁾:

Servio: fatalem hi — — — —
Aranda terret — — — —
O cantem potius — — — —
Namque istud aevum — — — —

Sieh, fünf Männer lagen allda bei dem scheckigen Löwen,
Den goldnes Mähnenhaar umwallt'.

Scilicet auspicio — — — —

Vivum ac videntem p — — — —

Lubrica materia est — — — —

Invitus Aruns n — — — —

Eæ Istro, Danubio alluente Ingolstadium, quo discedens R. P. Provincialis Monachium venerat auctori molestum officium invidiosi historici impositurus. — *Surgebat equus*. Sic et Pharaon rex Aegypti in suo somnio Genes. 41: *putabam me stare super ripam fluminis et septem boves de amne conscendere*. — *Quem lumine cassum*. Non patet causa huius additamenti, sicut quod idem *equus in pedibus oculos habebat*; nisi fortassis auctor his phaleris tegere mentis sensa voluit et divinationi lectoris tacite illudere. An innuere vult ad se post quinque antecessorum non faustissimos exitus deventum esse caeco modo, caeca consultatione, caeca praecipitatione, non tam ut promoveretur historiae cursus ac fama, quam ut politicum obsequium principis respectui subserviret, id est, dummodo scribatur; quid aut quomodo qualive successu, quis curat? Emendare libros una litura potest; utque variantur tempora, nisi praesenti utilitati velificetur scriptio, unica censura sive principalis sive triumphalis, quantumvis volumen etiam ad clarissimae veritatis radios exactum, quia odia pariturum videretur, in tenebricosissimo Archivio collocare. Exempli prostant, parco referre. Quo sensu historicum, quoniam imperia urgent, instar andabatae in libros ruere oportet eundemque instar Argi toto corpore oculatissimum esse, ne si de viventibus etiamnum scribat, delicatas mentes offendat et pro fama gloriaque nominis tristem censuram mereatur. *Alatus*. Qualis equus Bellerophontis fuit, forte ideo, quod praefestinantibus historici suo aevo res gestas referre, dum scribunt ea libertate, qua peccatum est, quaedam etiam in suam perniciem manifestent, quod literae Bellerophontis alioqui faciunt. Existimo ideo etiam alatum dici, quia omnia historici penni scriptoriis peragunt. In elegia post poema de vanitate mundi hoc distichum auctoris leges:

Credis? olorina scribentes utimur ala;

Qui dedit hunc calamum, suaviter ille canit,

15. Primores duo nigranti sua corpora velo
Obvoluerant in gramine.
Tertius irriguum prope fontem, ubi vulserat herbam,
Quam ‚maema‘ dicunt incolae;

cygnus nempe. *Lupus ambulans*. Germanice Wolfgang, praenomen R. P. Provinc. Wolfgangi Gravenegg, qui auctorem aliis studiis intentum intempestive hoc officio oneraverat, iussum Pegaso relicto in hunc equum Seianum insilire. *Et tauriformes ungulas*. Depingit auctor hunc equum mysteria significaturum, quomodo Daniel et S. Ioan. in Apocal. reges ac regna ex prodigialibus belluis constantia. Hic laboriosum officium exprimitur; bos quippe laboris symbolum est. Quodsi, ut historici prodidere, equus Alexandri M. Bucephalus nomine caput bovis habuit, quid mirum ostendi equum taurinis pedibus, quando et humanis stans conformisque Iulio Caesari proprius fuit? Ceterum auctor in primis ad equum Seianum allusit, de quo multa Anton. Guevarra²⁾ in Epist. part. tertia. Specie formaque praesignem in paucis fuisse ferunt, supra omnes Cyllaros et Arionas³⁾, at male ominosum et feralibus infortuniis abominatum; quotquot sessores tulit, infelices fecit certissimo exitio damnatos; etiam in quorum tantummodo stabulis pernoctavit, haesere fata, timores, curae, subiti eventus et sinistri. Quid speciosius titulo historici Bavariae? Quid ad honorem et famam hoc officio praestantius? Sed vide, cui sessori indulserit, quem molliter deposuerit hic equus.

Ad 11—12. Imperiosa itaque circumventionem coactus auctor equum Seianum insedit, officium suscepit. *Ignota*, peregrinam prorsus Sparten, munus, a quo abhorrebat. *Veni litora*, sine praepositione. Sic Verg. I. Aen.

Lavinaque venit litora.

Perlustravit auctor materiam, ut sciret, quid sibi polliceri posset, puta Execubias tutelares⁴⁾, synopsis et nucleum Bavaricae historiae versando frangendoque, perscrutando item, qui praecesserint auctores, quando ac quare destiterint.

Ad 13—14. Repperit auctor quinque viros praecessisse. Nam de Aventino aliisque veteribus hic nulla mentio est. Suntque hi: I. M. Welserus, Duumvir Augustanus, vir literatissimus, sponte animi, amore patriae ac germanici nominis in hanc coloniam se immittens, antiquitatum studiosissimus indagator. II. Matthaeus Raderus ex Soc. Iesu; qui tamen periculum olfaciens in funere

Schwarzes Gewand umhüllte die *ersten beiden*; sie ruhten
Im Rasen friedlich ausgestreckt.
Aber der *dritte* abpflückte an rieselnder Quelle ein Kraut sich,
Das „Maema“ dort geheissen wird.

15.

Ludovici Imper. vel Bavariae ducem vel pontificem offendendum esse, declinavit aleam et mature destitit maluitque Bavariae Sanctae operari, gnarus divos sine invidia laudari, immo cum emolumento. III. Andreas Brunnerus ex eadem Societ. IV. Nicolaus Burgundius U. I. D., Belga et scriptione Belgicae historiae non mediocrem famam consecutus. V. Ioann. Bisselius eiusdem Societ. Iesu, qui tamen non ultra annum immorari ambiguae spei sustinuit, nescio quid obtentui sumens. A cuius discessu in auctorem, invitum licet et reluctantem, devoluta moles est. *Canum leonem*. Si historiam intellegis, canam dices propter materiam et etiam tot auctorum insultibus attritam. Sic cana veritas, cana fides, cana vetustas dicitur. Si ad ipsum Principem respicis, canum utique leonem, qui iam septuagesimum annum transcederat. *Iacuere*, vel officio suo ut vita iam functi vel destituti. *Auro iubatam tortili*. Simpliciter, aureis sive flavis iubis circumdatum; si ad Ducem referre placet, signo aurei velleris ornatum; quod infra sub finem auctor clarius insinuat. *Iuba nexuit agnum*, ex aureo torque pendentem.

Ad 15—16. M. Welserus et Matth. Raderus iam diem suum obierant.

Ad 17—30. Ad Andream Brunnerum haec spectant. *Prope fontem*, alluditur ad nomen; Brunnerus enim Germanico idiomate idem, quod Fontanus latino. *Maema*. Anagramma est, repositis enim literis prodit Camma, Gallograeca illa heroïs, Sinati coniux t. I. lib. 2 Annal. sub finem, insignem castitatis triumphum eloquentissimo viro referente promerita.⁵⁾ Ideirco autem huius potissimum mentionem facit auctor, quod Brunnerus toto illo libro primo, ferme etiam tomo, quia nonnisi sterilia tesqua vetustatis, iciuna rerum primordia neque ea satis certa sese offerebant, inventa aliquando feraci amoenitatis materia in descriptionem illius de Camma historiae miro artificio incubuerit, compensaturus scilicet priorum thematum squallorem. Propterea addidit poeta: *ubi vulserat herbam*, vigili industria eruendo ex Plutarchi Silvis argumentum laetiori dictioni idoneum. Sic post arentes campos pinguiusculam glebam, si quae se offert,

20. In medias fauces ausus dimittere dextram
Favum extrahebat melleum.
Tres adeo exemit; cum plures vellet, in ore
Latens momordit regulus.
Obstupefacta manus, veluti torpedine pigrum
Fundente virus, marcuit;
25. Florida rursus, eam digitis simul attigit infans,
Vicinis in cunabulis.
Ille et apes decies senas effervere iussit
Cristas remulcens anguim.

diligentius excolimus. Sic diutina navigatione iactati, excensione in felicem insulam facta, avidius corpora navemque quassatam reficimus et defectam annonam instauramus. *In medias fauces ausus*, scilicet leonis, id est, animosissime aggressus historici demandatum munus, *dimittere dextram*, stylo armatam, quem haut dubie strinxit manu plena, torosa, mascula. *Favum extrahebat melleum*, sucum elegantis historiae, indefesso labore, quali apes mella comportant. Allusit auctor ad leonem Samsonis belluae faucibus favum eximentis. *Tres adeo exemit* favos, id est, tres tomos Annalium Boicorum, dulci sesamo et facundiae thymo plenissimos. *Cum plures vellet* tomos edere. *In ore* leonis, historiae Bavaricae porro continuandae. *Latens momordit Regulus*, Rex et Caesar Ludovicus (Ludovicus VI., inter Caesares IV., Ludov. V. f., Dux Boiariae L.); qui in IV. tomo ingentem paginam facturum totum opus turbavit. Allusum est ad illius iuvenis fatum, qui oraculum, quo morti adhuc eodem die destinabatur, elusus, cum sub vesperam ludibunda manu pertentaret rictum leonis ex aere fusi, insidente scorpio ictus interiit. *Obstupefacta manus* scripturientis et Ludovicum defensantis contra pontificiam sedem; neque enim filo abrupto (Et est rescriptum Romanum, in Archivio huius Provinciae, sub Mutio Vitellesco Generali, inhibens cursum historiae Boicae, propter Ludovicum Caesarem in Romana curia abominatum) ulterius P. Brunnerus pergere cogitavit, quippe Romanis non permittentibus mitius a scriptore haberi Ludovicum, non permissuro Bavaro tractari saevius. Vide in Exeubiis Tutel. P. Brunneri, in duce quinquagesimo, ubi inimicitiae inter Ludovicum Bavarum et Ioannem XXII., Benedictum XII. et huius successorem Clementem succincte referuntur. *Veluti torpedine*. Torpedo, piscis marinus, manum soporat et stupidam reddit secretissima quadam virtute. Vide

Kühn in den Rachen des Löwen dann streckt' er die Rechte und holte
 Drei Honigwaben schnell hervor; 20.
 Doch als mehr er noch wollte, da stach ihm der König der Bienen,
 Der in dem Schlund verborgen lag:
 Starr da sank ihm die Hand, erschlaft, als hätte der Krampffisch
 Sein lähmend Gift darauf gespritzt.
 Neubelebt aber ward sie, sobald ein Kind sie berührte, 25.
 Das nah' in einer Wiege lag.
 Sechzig Bienen liess hurtig das Kind entschwärmen, indem es
 Der Schlangen Kämme streichelt lind.

Claudianum in Epigr. Hactenus ergo Brunneriana mellificatio stetit. Nam quae de Ludovico scripsit, Roma approbare dedignata est; certe tutum non putavit. Iamque obstupefactam manum emeritus historiographus de tabula subduxerat, cum, ecce, auspicatissimarum nuptiarum sobolem Serenissima Electrix Maria Anna enixa fuit Ferdinandum Mariam Franciscum Ignatium Wolfgangum, filiolum Maximiliani Elect. primogenitum. Laeta ea nativitas P. Brunnerum ad intermissam scriptionem revocavit. Quippe inter hilaria et genethliacos applausus imminebat et ipse occasione, uti videbatur, praesentissimae abruptam telam aliquo usque saltem pertexendi, ne fragmenta historiae in Cl. virum Nicolaum Burgundium iam devolutae, quae multo studio corraserat, inani cessatione perirent. Nemo scilicet sibi soli scribit aut canit. Itaque tempore et ingenio usus sibi non defuit, dimissionem suam honorificentissime ultus. Mox optima quaeque diurnis nocturnisque excubiis collecta in unicum volumen, *Excubias Tutelares* inscriptum, constipavit, totius Bavaricae historiae usque ad Serenissimi Maximil. tempora nervosum compendium. Scires, nucibus fractis, purum nucleum Serenissimo Infanti porrectum fuisse. Sane ipsemet Brunnerus auditus est dicere: meliora, quam quae eo libro propinasset, neminem inventurum, utique postquam et nomina locosque scriptorum occuluit, ne in vestigia a Nicolao Burgundio penetrari posset. Ceterum et hic labor ingratiis adornatus dicitur. Neque enim Serenissimus Elector usque adeo arrisit, questus etiam tetrice, successoribus ad spicilegia reiectis a Brunnero si non palmam, certe materiam inconsulta anticipatione fuisse praereptam; cum privatae cupiditati litantem abstulisse ceteris scribendi stimulum et iustae gloriae praemia. Viaticum tamen honorarium extorsisse audio, cum Monachio Oenipontum discederet, nempe ob sumptus in re typographica et caelatis

30. In Martem se vertit apis; totidemque steterunt
Coram puello milites.
Quartum deinde virum vidi tria poma ferentem
Tam flava, quam sunt Punica,

imaginibus factos. Iam ad textum. *Florida rursus* manus Brunneri et in vigorem scribendi reversa. *Eam digitis simul attigit infans*, Ferdinandus in lucem editus, causa et occasio novae scriptionis. *Vicinus in cunabulis*. Alluditur ad vestibulum et titulum libri. Imago LX Heroes repraesentat exeubiis tutelaribus matrem et infantem cingentes, addita inscriptione ex Cant. 7. *En lectulum Salomonis sexaginta ambiunt ex fortissimis. Ille*, natus pusio. *Et apes decies senas effervere iussit*, 60 heroes. *Cristas remulcens anguim*. An ad Heracliscum alluditur duos serpentes in cunis elidentem; an ad angues, quorum carnibus saginabantur capi prolifici? Aiunt enim comesos fecunditatem in senibus excitare. *In Martem se vertit apis*. Evolvit se tandem allegorica metamorphosis. Nee absurdum est, apes in bellatores transformari (sicut et formicas in populum Myrmidonum versas cantat Ovid. Metamorph. 7. fab. 27.), quando regium animalculum hoc vera alioqui bella conserit, quae summus poetarum l. 4. Georg. non dubitavit civilibus bellis componere his versibus:

Sin autem ad pugnam exierint (nam saepe duobus
Regibus incessit magno discordia motu),
Continuoque animos vulgi et trepidantia bello
Corda licet longe praesciscere: namque morantes
Martius ille aeris rauci canor increpat, et vox
Auditur fractos sonitus imitata tubarum.
Tum trepide inter se coeunt pennisque corruscant,
Spiculaque exacuunt rostris aptantque lacertos:
Et circa regem atque ipsa ad praetoria densae
Miscentur, magnis vocant clamoribus hostem.
Totidemque steterunt, decies seni. *Coram puello* Ferdinando.
Milites, verbo: 60 heroes.

Ad 31—42. Ista ad Nicolaum Burgundium I. C. Belgam et Ingolstadii codicis professorem referas. Nonnemo Monachii in aula Belgicae historiae illecebra inescatus, quod sciret Principem Brunnerianae dictionis paullo robustioris ac torvae pertaesum, evicerat, ut hominibus ex Societate praeteritis, Brunnero

Stracks in Krieger verwandeln sie sich, als reisige Mannen

Stehn sie dem Kind gewappnet da.

30.

Drauf der vierte der Männer — drei Äpfel sah ich ihn tragen,

Goldgelb in Puniersonn' gereift —

exauctorato Burgundius seculi homo surrogaretur. Dictum, factum: sed eventu sinistro iisque paenitendo, qui Brunnerum aspernati fuerant. *Tria poma ferentem*, flava, punica, hoc est, aurea; quae D. Nicolai insignia sunt; Burgundius autem Nicolaus vocabatur. Haec homines per additamenta describendi ratio S. Scripturae familiaris est. Sic 1. Reg. c. 28. dixerat Pythonissa: *Vir senex ascendit, et ipse amictus est pallio; et intellexit Saul, quod Samuel esset*. 4. Reg. c. 1. inquisiverat Ochozias: *cuius figurae et habitus est ille vir, qui occurrit vobis? At illi dixerunt: Vir pilosus et zona pellicea accinctus renibus. Qui ait, Elias Thesbites est. Mulcentemque ferae languentia colla*, leonis Bavarici sive principis sive historiae. Bene dicitur *languentia*. Nam post Brunnerum languebat opus. Bene *reclinis*; nam Elector Burgundio faventissimum se praebuerat, aureo quoque torque Ingolstadium submisso, quem in convivio Academico palam explicuit, vindiciarum pro Bavaro contra Palatinum redhostimentum ac praemium. *Et inspumentem⁶⁾ savium*. Isto loquendi modo incuriosi scriptoris animositas exprimitur. Quippe Burgundius, fama Belgicae historiae elatus, contemptor antecessoris, per scholasticos annales absque politico apparatu simpliciter decurrentis, frena torrentibus verbis ac sententiis laxavit, sine modo, sine ripa, magnae, sed temerariae famae avidus; quod auctor exprimere voluit dicendo *inspuisse savium*, id est, formidabilem historiam de Ludovico nimia incuria, an fiducia, an contemptu ceterorum, magis quam intrepide aggressum, haesisse in vado. *Savium*, aut ut alii *suavium*, osculum est. Inspuere autem alteri inter confabulandum tertio quoque verbo sollemne Burgundio fuit, ut amicos, quibuscum humidissima colloquia miscuit, non sine aspergine salivae suaviari videretur. Quod utique naturae Cynicae vitium, pontificiae sedi plus iusto insputantis, tolerabile non erat. Sed magis allusum est ad morem bestiariorum, qui cicuratis leonibus inspuunt. Burgundius fiducia Belgicae historiae, sicut dixi, elatus Bavaricam in triumpho, velut rem iam confectam, posuerat; eaque facilitate, praesumpta certitudine ac sincera erudite tractavit, qua bestiarius leoni alumno familiaris ac nutricius, generosae

Mulcentemque ferae languentia colla reclinis
Et inspuentem ⁶⁾ savium.

35. Unde mel uberius sperans ex faucibus isdem
Ludebat aequo crudius.

belluae quotidianum mane insputat. *Unde mel.* De quo melle supra. Est continuata allegoria de favo historiae. *Uberius sperans*, quam priores historici aut cum antiquitatis caligine luctantes aut religiosis legibus ac manicis vincti, qui plerumque illud addere possunt suis scriptis:

Nobis non licet esse tam disertis,
Musas qui colimus severiores.

At enim Nicolaus Burgundius Ictus, politicus, homo seculi ac suae libertatis; insuper de se magnifice, de antecessoribus (qualia quidem ipse verba me coram non semel effudit) contemptim sentiens, ibat haud paullo laxius in literas et monumenta, impetu naturae et stimulo gloriae usus. Hinc uberius mel historiae praeceperat. *Ex faucibus iisdem*, leoninis, ex quibus Brunnerus tres favos extraxerat. *Ludebat aequo crudius.* Id est, piacularare certamen inter pontifices et Ludovicum Bavarum, quasi nullo negotio et per lusum expediturus. Sic quoque confidebant amici, qui virum promoverant, spe tamen sua nimium quantum fraudati. Siquidem alienigena, vernaculae nostrae, ex qua eruenda erant pleraque, utenque rudis, notitia imbutus non erat earum rerum, quae ad dignitatem litigiosi argumenti et iustam defensionem Caesaris requirebantur. Quid, quod serius acceperit Abrahamum Bzovium contra Ludovicum scripsisse? quid, quod ignoraverit a Iacobo Kellero defensum duobus voluminibus, praefixo nomine Herwarthi? Certe, cum illi P. Brunnerus tertium tomum misisset amictum emporetico in voluero ex foliis Kelleriani voluminis redundantibus, convenerat Ingolstadii Patrem Balde, ut a P. Brunnero plura eius argumenti folia extorqueret. Vide inscientiam! Itaque fundamento destitutus, summa contentione in pontificum clericorumque mores debacchari coepit, cetera, quae nesciebat, declamatoriis assaultibus compensaturus. Sed neque Ludovici causam bene peragens, pro decora veritatis specie, imperatorem barbarum magis ac torvum quam iuste iratum in armis obiecerat. Hic ergo crudus lusus fuit, quo princeps offensus. Fama est ab indignante Maximil. Electore scriptionem Burgundianam humi fuisse proiectam. Hoc quasi signo dato, sicut in

Streichelt den schlaffen Hals des rückwärts liegenden Untiers;
Liebkosend er um Liebe buhlt.

Reicheren Honig erhofft der Schalk nun dem Tier zu entreissen 35.
Und setzt ihm allzu stürmisch zu.

aula obsequiosi affectus et incitamenta vigent, procures quoque scriptoris famam laceraverunt, aliis styli inelegantiam et rus cul-
pantibus, dubitantibus aliis, an Belgicam historiam conscripsisset, quod tradita praesens scriptio, quippe decolor, abluderet. Ego suspicionem hanc calumniam interpretor assentandi gratia ex sinistro affectu confictam. Interim Cl. vir rhomphaea bis acuta scindebatur; nam ineptum laborem exprobrando notavit ignominia, et eripiendo veram gloriam oneravit plagio. *Id nocuit*, cruda licentia. *Nam cum spinam male velleret unguis*. Quoniam leonis allegorici mentionem continuat auctor, alludere videtur ad historiam Androeli, aegrum leonem spina ex suppurato pede evulsa persanantis. Quae autem illa spina erat ex Bavarici leonis ungue evellenda? Malo, intellegas ex Brunnero, qui magnos tumultus paucis circumscripsit, pluribus securum non erat. *Anno*, inquit, *MCCCXXVII Ludovicus Italiam ingressus in ea triennium perdidit, neque regis Italiae nomen cum corona ferrea, prid. Kal. Iunii Mediolani ei delatum; neque augustum diadema Romae e profanis acceptum manibus; quaeque tempore eo omni, in toga et sago ad memoriam insignia egit, tanti sunt, ut emenda Ludovico iactura bonae mentis fuerint, quam suscepto cum Ioanne XXII. legitimo pontifice certamine odiorum, sui impos perdidit*. (Deposuit pontificem verum, falsum creavit et surrogavit, in sacra et divina grassatus, propter quae anathemate percussus miserias incurrit omnes, quas dirae pontificiae secum ferunt. Durarunt inimicitiae inter Ludovicum et Benedictum XII., Ioannis successorem, ipsum etiam Clementem. Nec legitur censuris absolutus imperator.) Hic iam spinae, certe spinosae quaestiones exsurgunt complures. Uter iustiores inimicitias exerce-
verit, Pontifex an Caesar? uter altero nocentior tetriusque peccaverit? quanto piaculo obstrinxerit se Ludovicus contra omnia iura resistentem sibi vicarium Christi sede sua exturbans? An ideo post iustum fulmen apostolica auctoritate intortum remotus a fidelium coetu Caesar, saltem ante mortem fuerit ecclesiae Romanae reconciliatus? Decessit autem V. Oct. A. MCCCXLVII in venatione. Sic Brunnerus. (*A Iohanna Ferretana venenum ei*

Id nocuit; nam cum spinam male velleret unguis,
 Altum fremente bellua,
 Protinus ad sonitum tremuerunt membra salisque
 40. Sudore sparsa concidunt.

propinatum graves auctores tradidere. Id dum equestri agitatione discutere nequidquam laborat feraeque vestigiis imminet, superante vi mali effusus in terram agrestis hominis sinu excipitur). Obstinato animo pontifices in Ludovicum fuisse exasperatos argumento est, quod pontifex Clemens, ut idem Brunnerus scribit, A. XLVI (anno ante obitum Ludovici) Idib. April. omnia Ioannis XXII arbitria rata habuit et electoribus, ut aliud imperio caput imponerent, si salva sibi sua iura vellent, imperavit. Agnovisse quoque Ludovicum immanitatem scelerum suorum et in gratiam redire voluisse, testantur eiusdem auctoris verba. [*Tentata est etiam huius (Clementis, qui Benedicto et Ioanni, huius traegediae basi, successerat) quam nomine promittebat clementia; legatique missi, qui si decedere aliter non possent (ecce stimulum conscientiae et animum paenitentem) qualemcunque reconciliationis formulam a pontifice referrent; quae cum tristissimis graviora conditionibus denique prodiisset (ecce acerbiter animorum in vicariis Christi, iniuriarum, ut nobis quidem videtur, plus iusto memorem) Caesarique praeter confessionem laesae pietatis necessitatemque eiurandi imperii et expectandorum, quae pontifex (sane tremendum iudicium et quantisvis criminibus aequalis rigor) de capite, liberis fortunisque eius fecisset, arbitrarium imposuisset; acceptata (audi, quod in D. Guilielmi ⁷) paenitentia hodieque miramur) nihilominus est, et Caesaris manu subscripta: ipso legislatore (quod multo magis obstupeas) ad tam acerbi imperii patientiam obstupescite*]. Ceterum de reconciliatione confecta Brunnerus nec verbum. Fingamus. Spina propterea leoni Bavarico non evellitur. Nam Clementis mandato obsecuti electores movere Ludovicum, eoque abiecto, contra quam liberae civitates pollicebantur, Carolo IV. Bohemiae rege, inter aemulos primo, in sceptrum Romanum reposito Ludovicum ostentui habuere. Ubi ergo maiestas illa a posteris tam superstitiose veneranda? ubi coronae fulgor phanaticus, ubi iris circa caput, apparentium colorum ambitu radiata? Maxime si consideretur provixisse aliquantulum et in solio aemulum hostem tolerasse. An, ne sic quidem pontificum iracundiam satiasse? cum, Brunnero teste,

Weh ihm! Denn als er roh aus der Pranke die Krallen herausriss,
Brüllt laut das Tier in Schmerzen auf.
Jählings zitterten ihm bei dem Schall die Glieder und sanken,
Bedeckt von Angstschweiss, kraftlos hin.

40.

mortalium odiis vix tandem morte sit satisfactum. Quae si vera sunt, quo illi apparatus funebres in cadavere tot censuris sacro? Illatum est aedi D. Virg. Monachii. Post aliquot secula Serenissimus Elector Maximil., uti est maiorum suorum religiosissimus cultor, qua pietate ac prudentia est, et Bavaro principe et augusto Caesare dignum Mausoleum excitavit, Ludovici ceterorumque Bavariae ducum piis manibus impensum. Aestimat ille ex sanguine suo Caesarem, et certe magnanimum alias et unicum et proeliis atque victoriis memorabilem et, quod rei caput est, pientissimum, quippe complurium monasteriorum munificum fundatorem. Adde fidei zelum in publicis comitiis; adde plus quam invictam patientiam in publicis malis; adde D. Virginis cultum singularem et manifestum in publicis necessitatibus patrocinium. Quibus iterum, si placet, confer summum historicorum silentium in plena reconciliatione eius commemoranda, odia pontificiae sedis etiam in cineres transfusa, memoriam eius detestabilem Romae vel in tumba. Nonne haec spinosa dixeris? Atque spinam qualemcunque istam Bavarici leonis ungui longe altius infixit in Ecclesiastica historia successor Baronii Abrahamus Bzovius, Polonus ex D. Dominici familia, qui septentrionalem bucinam instar aquilonis inflans scelera Ludovici poenasque inflictas invidiosissimo clamore propagavit, specie ultoris pontificum, re vera mercatoris honorum. Hic in annalibus suis seminavit tribulos, quibus leoninum pedem induit cruentavitque; pus exibat et foetor laniati nominis ac famae. Atque haec omnia post regium monumentum ex marmore et orichalco manibus Ludovici positum Monachii a Serenissimo nepote. Crudus dolor excitavit invenitque propugnatores. Contra Bzovium rogatus (an iussus, nescio) scribere P. Iacobus Kellerus, tunc collegii Monacensis rector et in animo Electoris validus, pro defensione Ludovici Bzovio duos grandes Anticatones obiecit, sed, quia historiae leges migrant satyrico felle plenissimi, orbis desiderio non satisfacturos. Non tam pro Ludovico quam contra Bzovium scripsit, imperium principis, servitii promptitudo, obsequiosa voluntas, spes gratiae, metus iacturae, humani respectus suspectantur. Hinc curiosa

Mater adest patrioque rigat praecordia suco
Costamque costis admovet.
Quinto nulla fuit scrutandi mella cupido;
Legebat alba lilia

quaedam corollaria deduces, inquiresque tecum: cur P. Iacobus Kellerus, homo si quisquam obsequiis aulae obnoxius et utilis, defenso Ludovico, non suum aut Societatis, sed Herwarthi Statuum Boicorum cancellarii nomen praefixerit. Quis genius P. Matthaeum Raderum, eruditum quidem virum, sed cetera non sagacissimum afflaverit praesensione tanquam certa absteritum, quo minus profanam Bavariae historiam conscriberet, pericula et tabem etiam Caesarei sepulchri procul odoratus. Sunt, qui haec ipsa narrantem audiverint; nimirum religiosi calami abhorrebant summum in terris caput, papam, lacessere. Neque profana ante sacram maiestas esse debet. Per sola scelera pontificum Ludovici exauctorati noxae diluendae sunt; in hanc spongiam emendi propterea Societatis homines aut cogendi? ut alicubi scilicet casam aedificent, alibi destruant basilicas pontificiae iurati patres. Esto: fuerint tempora et mores amborumque corruptelae, flagitia clerum atque antistitem maculaverint. Esto: ipsorummet pontificum vita non fuerit labis expers. Num ideo in gratiam laici principis erit convellenda apostolica sedes, utque sacerdotum pateant sive arcana scelerum sive sancta sanctorum ab iuratis ex Societate Iesu sacerdotibus, tanquam anatomicis scriptoribus evisceratio conscientiae clericorum mundo ostentabitur! Potuit papa delinquere: ius puniendi caesar non habebat, quid dicam deponendi! Potuit caesar delinquere; ius corrigendi penes papam fuisse quis dubitat? Vicissim potuit caesar paenitudine duci; debebat papa ignoscere; noluit quavis arbitraria poena contentus esse; quis scrutabitur causas, quis repertas expromat, quis vicarium Christi increpet? Advertis, amice lector, spinam sanie fluentem, Burgundii opera extrahendam, sed nempe inepto conatu, nullo successu. Plaga profundior facta est; paliurus in vulnere mansit. Non omnia susque deque miscenda; sed mollia fomenta leni manu adhibenda erant. Reverens pontificiae sedis Elector est nec tanti cineres functorum facit, ut odia viventium incurrat. Pergamus. *Altum fremente bellua*, leone, qui proprie fremere dicitur, sicut ursi et elephanti studere. Vergil. Aen. 12:

Doch die Mutter ist da; sie stärkt ihn mit heimischem Saft
 Und führet Herz dem Herzen zu.
 Aber der *fünfte* trug nicht Begier, nach dem Honig zu suchen;
 Er sammelt weisse Lilien.

Impavidus frangit telum et fremit ore eruento.
 Infremuit princeps damnavitque scriptum et auctorem. *Protinus ad sonitum tremuerunt membra.* Burgundii artus tremore concussi sunt, *ad sonitum* famae: historiam non esse, sicut opinabatur praefidens perbelle scriptam; invitus et pavens audit suo labori successum fructumque non respondere. *Salisque sudore sparsa concidunt*, id est salso sudore, quem metus protrudit. Hebraismus est, quem poetae imitantur; sic: dies lucis, id est, lucida dies. *Mater adest.* Hoc distichum aenigma videtur, ab auctore vera obscuris involvente additum, quo torqueret ingenia, animi sensum celaret. Aut enim nihil significat tantummodo ista: intellecto principem suboffensum contemnere oblatam scriptionem, Burgundium cum uxore et liberis omniue familia Ingolstadio discessisse in Belgium, unde venerat, reversum. Nam statim convasaverat. Ergo *mater adest*, Belgium, ex cuius utero prodiit vir ut moribus iniucundis, sic animi sinceri, legum insuper peritia, Belgicae historiae a se conscriptae fama clarissimus. Talem tantumque, male multatum, recepit iterum mater sua, Belgium. *Patrioque rigat praecordia suco*, cerevisia, cuius fuit avidissimus. Opportune Belgium rigans suco alumnus suus introducit, quasi qui recrearetur consternatus nimia formidine ob favorem principis substractum. Sic animo linquentibus vinum vel acetum affunditur, ut redeant ad se. *Costamque*, Evam suam, suam coniugem: *Costis* suis, sibi Adamo *admovet*, uxorem secum duxit, sicut scriptum est Gen. 2. *Et aedificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem;* et iterum: *Relinquet homo patrem suum et matrem, et adhaerebit uxori suae.* Atque haec ex occasione quarti Bavaricae historiae scriptoris dicta sunt. Illum audio modo Bruxellis syndicum agere, splendido utilique officio spectabilem.

Ad 43—48. Quintus historiographus producit Ioann. Bisselius Babenhusianus, Suevus, vir eloquentiae laude nulli secundus, linguam ex pharetra, calamus ex torno promit, missilia acuta, latino vernaculoque sermone praestans et iam scriptis libris celeber. Postquam Burgundius proterviam fecit et in postes

45. Purpureasque rosas ; cohibebat vitta capillos
 Et nexa peplo taenia.
 Praetulit aequorei dentem retulisse Trisulei
 Inter repertum pampinos.
 Haec admiranti nemoralem clara per umbram
 50. 'Accede', vox est reddita.
 'Heu mihi', dicebam, 'men' hunc invadere rictum!
 Tremisco totis artubus.

aulae caput impegit, deventum est rursus ad Societatem Iesu, velut iam contemptui et iactationi assuetam neque aegre ridiculae alternationis probrum laturam. Qui Brunnerum submoverat, homo seculi, amicus Burgundii, politica fuligine tinctus, quia castigabatur severiore principis vultu, respicere cogebatur ad eundem Brunnerum, dicturum utique, quod quidam servulus apud vet. Comicum (Terentium):

— pol! repudiatus revocor.

Monitus incitatusque est, Oeniponti tunc temporis apud D. Iacobi sacer orator. Sed neque Phalaridis tauri, neque Diomedis equi ipsum Monachium retraxissent. Quoties queri auditus, se stulto vanoque labore consumi, insuper apud ingratos oleum et operam perdere! Utique, si intellegas ad typographicos sumptus levandos, quos difficiliore trium tomorum non popularis scriptio fecerat, ne nummulum quidem accepisse ab illo, cuius gratia scripsit, hoc est, rerum in pulvere et tumultis sitarum fossorem egit. Quo eodem tempore sollicitabatur quoque auctor huius Somnii, tunc in aula Serenissimi Electoris ecclesiastes; semper recusaverat provinciam, tertium ac saepius officium hoc, specie honorificum, re vera lubricam servitutem aversatus. Itaque Bisselius Ingolstadio submissus est, invitus an volens, ignoro. Anno exacto taediis ferendis non par vacuum alteri fecit locum maluitque ore quam calamo uti, supervacaneum esse cogitans a Brunnero iam scripta atque in Excubiis decantata fastidiosa lutatione iterare; verbo: eandem serram reciprocare eandemque chordam oberrare, et sic actum agere dedignatus est. Habeo ex idoneo auctore, qui ore tenus accepit, eum interrogaretur, quare historiam non pertexuisset, respondisse P. Bisselium, in sponsam sibi non placuisse rugosam anum, quae iam attrita quatuor viros fatigasset, in dote vero praeter fastidia ambiguosque labores et iurgia curasque non simplices nihil numeraret. Huic itaque *nulla fuit scrutandi mella cupido*, favos historiae. *Legebat alba lilia purpu-*

Purpurne Rosen auch brach er; sein Haar hielt die Binde umschlungen; 45.
Ein Blumenband schmückt sein Gewand.

Ihm war's Freude, zurück des Meergotts Dreizahn zu bringen,
Den fern er fand im Weingerank.

Al das staunte ich an; da erscholl durch die Schatten des Haines
Ein heller Ruf zu mir: „Tritt her!“ 50.
„Weh' mir!“ rief ich, „ich sollt' in diesen Rachen mich stürzen!“
An allen Gliedern zitt're ich.

reasque rosas. Obsecutus naturae suae votis secundam editionem deliciarum veris adornavit floribus occupatus; fortasse etiam delicias aestatis tunc inchoans. *Cohibebat vitta capillos et nexa peplo taenia.* Descriptio sive Chloridis deae florum sive D. Virginis, cuius imago affabre caelata in facie libri apparuit. *Praetulit aequorei dentem retulisse Trisulci.* Versus iterum additus obscurior tardando lectori. Bisselius, simul historici munus acceperat, Oenipontum, puto ad R. P. Provinciale profectus, inde animi gratia Tridentum urbem in ultima Tirolis sitam invisit, eo saltem titulo praetextuque eam urbem perlustraturus scriptor Bavaricus, quod olim Bavarici iuris fuisse non ignoraret. Auctor aenigmatica periphrasi usus non Tridentum, sed quasi Tridentem dixit: *aequorei dentem Trisulci.* *Trisulcum* accipitur substantive, sicut serenum etc. Claud. in Paneg. Honor.

— — — praesagus obibat

Cuncta nitor, risitque tuo natura sereno.

Ceterum idoneum iter erat abstergendo taedio excitandoque ingenio et recreandis spiritibus scriptori perquam necessariis. Quippe inter vitiferos montes et amoenissimas valles aptissimum anni tempus festinantem illuc detulerat; ubi fructus optimi, vina varia ac generosa, propterea subiunxisse auctorem existimo, Tridentem a. P. Bisselio fuisse *inter repertum pampinos.*

Ad 49—52. Digreditur auctor ad se et narrat, quid sibi somnio viso contigerit. *Haec admiranti* quinque historicorum iuxta leonem Bavaricum iacentium partim funera, partim muta spectacula. *Nemoralem per umbram.* Quia oraculi meminit auctor, quod audiverit, ex silva spirasse arguit. Veteres praesagia sua in nemore et arboribus invenerunt. Hinc apud Stat. quercus anhela Iovis; hinc quercus Dodonaea; hinc robora numinis instar; hinc venturi praescia laurus; apud Claud. sacrum religione nemus; apud eundem Alaricus: *Adde deos, nam clara palam vox edita luco est. Accede.* Haec erat illa

- 'Parce metu', crispus iuvenis respondit ab arcu;
Et se ferebat in manu.
55. 'Huc ades et placidi pellem metire leonis,
Nihil minatur Africae.
Qualiter in Byrsa, tauri sen tergo, Dido
Exstruxerat Carthaginem,

vox hortantis, ut ne dubitaret accedere leonem Bavaricum, etiam post stragem quinque virum visam. *Heu mihi! dicebam.* Perturbatio. *Men' hunc invadere rictum!* leoninum, tot absorbentem historicos; in quo regulus latens Brunneri exitium, Burgundii terror ac fatum. Sensus ergo est: mene hanc invadere materiam! mene hoc suscipere munus, laboris insani, honoris incerti, certissimorum autem discriminum! Calles ambigui, lubrica via, incessus per ignem suppositum cineri doloso. Hoc loquendi modo utitur Palinurus nauarchus apud Verg. 6. Aen. maris fallacem naturam descripturus:

Mene salis placidi vultum fluctusque quietos
Ignorare iubes! mene huic confidere monstro!

Ad 53—60. Hoc loco nova allegoria incipit. Comparat enim auctor historiam alicui aedificio et molitioni sive arcis sive urbis, et quia Bavarica historia est, exstruendae in tergo leonino, quemadmodum Carthaginem memorant insedissee tergori taurino. *Parce metu*, vox per silvam effusa animantis ad officium; prius enim auctor de se dixerat viso leone: *tremisco totis artubus*. Quippeni intremuisset tot funeribus ante et iuxta se visis! Iuven. Sat. 1.

— — expertus, quid concedatur in illos,
Quorum Flaminia tegitur cinis atque Latina.

Vulpes, quod Apologus prodit, invitata ad convivium, quod ceteris feris leo rex animalium exhibuit, cum ad speluncam consistens omnium ferarum vestigia aversa, nulla adversa conspiceret, dignatione oblatis epuli abstinnit non emens tanti paenitere. Cordatus ille sit necesse est, qui, ut ceteros omittam, post Brunnerum et Burgundium ad Boicum leonem historico passu accedere audebit, quorum alter Belgarum scriptor non ignobilis paene obtritus fuit, alter ante immotum leonis vultum tantum non ferreo labore consumptus; consumptus dico? etiam contemptus. Vir inter Musas cum literis natus omni apparatus eloquentiae instructissimus, quod masculam vereque Romanam

„Fürchte dich nicht!“ sprach drauf der Jüngling Crispus vom Bogen
Und trug sich selbst in eigner Hand.
„Komm nur heran und miss das Fell des friedlichen Löwen; 55.
Gefahr dir drohet nicht von ihm.
Wie einst Dido gelegt von der Haut des Stieres die Messschnur,
Indem Karthago sie erbaut,

dictionem plurium ignorantiae accommodare nollet, quippe qui non didicerat barbare ac simpliciter loqui, argumenta benevolentiae sive bene collocatae operae signa pauca vidit, nedum sensit. Quod ipse hodieque nequidquam dissimulat. Ab anno, nisi fallor, decimo septimo, quo scribere incepit, lacertose oppido, animosissime inquam obsoletae vetustatis rudera aggressus, quid non laboris exhaustit, quantum chartis impalluit, ad annum usque trigesimum quintum, quo permutatio Glauci facta est Brunneroque Burgundius suffectus? Tomo eius primo gustato corrugavit aula delicatas nares, velut si sinapi bibissent. Oblatus et alter tomus est. Sol per pluvias nubes prospexit, silentium non omnino triste, minerval fuit. Interim delibutus haec caerimonia historiographus elitellam suam ante primi Sueci incursum non deposuit. Illo Monachium in potestatem redigente, inter ceteros nempe et ipse Brunnerus integrum triennium apud barbarum hostem pro principe urbe sui principis verius captivus quam obses fuit. Quo tempore, ut Domini favorem eblandiretur, vernaculo sermone transtulerat, quae Romano edidisset. Elector scripto oblatum sibi laborem dixit esse *eine schuelfuxerei*. Quod ex ore eius habeo, cui princeps locutus est. Nihilominus fidelis servus tertium quoque tomum protrusit eodem successu. Ludovicus Bavarus manu misit; nisi quod, ut libertum decebat, apud cunas primogeniti Domini sui agere excubias sustinuerit. Omnia totumque se impendit 60 heroum laudibus vel sic plausum meriturus. Respondit Elector: *Er hetts wol kennen bleiben lassen*. Cucumeri asperge piper, affunde oleum, condito sale; sic quoque proiciendum suadent medici. Austerum censorem non mitigat demissio, non muleet adulatio, non iuvant emblamata, non sententiae. Quis ergo non timeat? Ceterum *parce metu* Vergiliana dictio est. Sic Iuppiter ad Venerem 1. Aen.:

Parce metu Cytherea.

Crispus iuvenis respondit ab arcu. Crispus, ambiguum epithetum, ex compósito adiectum, ut caliginem faciat, nulla

60. Tu quoque ponendam calamo signaveris arcem,
Mensura quanta est velleris'.
Aggredior timide stratumque examino corpus
Murisque scribo limites.

veri iactura. Non enim dicere vult auctor apparuisse somnianti iuvenem crispis capillis renodatum, sed historicorum coryphaeum *Crispum* Sallustium, loco omnium animaturum ad historiam capessendam; ideo sequitur: *Et se ferebat in manu*. Aenigma videtur, si non per metonymiam explices. *Se*, id est, suam historiam, puta de bello Catilinario, Iugurthino. Beneque additur *ab arcu*, quem et triumphalem potes intelligere, siquidem teste Martiali:

Hic est, ut perhibent doctorum corda virorum,
Crispus Romana primus in historia.

Et caelatum in vestibulo voluminis, quomodo, maxime a Belgis, poni videmus veterum auctorum imagines caelatas ad initium libri. *Huc ades*. Verba Sallustii sunt invitantis auctorem. *Et placidi pellem metire leonis*. Quasi dicat: posito timore non tantum accede, sed etiam attrecta, expende leonem, sinit se tangi ac mulceri; placidus est. Considera magnitudinem historiae, sed sine horrore. Gravis quidem princeps est, cuius servitio destinaris, sed non usque quaque torvus ac difficilis. *Nihil minatur Africae*, producentis ferocissimos leones et metuendos. Bavaricus leo cicur est, domabilis, mansuetus. Porro leones Africani, praesertim Getuli Punicique, haud dubie laudem inter omnes habent. De Punico Verg. l. 12. Aen.:

— — — — Poenorum qualis in arvis

Saucius ille gravi venantum vulnere pectus,
Tum demum nocet arma leo; gaudetque comantes
Excutiens cervice toros.

Qualiter in Byrsa etc. tauri corio (id enim Graecis byrsa est) in mensurae lineas scisso, quae circumductae ingens terrarum spatium scripsere. Vid. Verg. 1. Aen.

Mercatique solum facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circumdare tergo.

Prorsus eodem modo monet Crispus metiendam esse structuram historici corporis Bavariae conficiendamque secundum mensuram pellis leoninae. Magna moles erit, ingens spatium expanditur, sive Ludovici imperatoris res gestas et perplexas calamitates

So bezeichne auch du den Plan der Burg mit dem Stifte,
 So weit das Mass des Vliesses geht.“
 Furchtsam tret' ich hinzu und messe den ruhenden Körper,
 Des Baues Grösse steck' ich ab.

60.

aggrediari, scribendarum rerum amplitudo vasta; sive tui aevi proelia et consiliorum labyrinthos, adhuc vastior, periculosior, intractabilior. Hominum quippe eorum, qui adhuc vivunt, qui inspecturi censurique sunt, historiam conscribere anceps et tortuosum negotium est. Expectanda dies summa foret, ubi fati concesserint sopitique metus et odia invidiaeque cum philantia in cinere fuerint; securius vulgabuntur. Quidam fructus terrae non gustantur, donec acore deposito per hiemem situm duxerint; et narranda veritas certorum mortalium ante funera non maturatur. Itaque pellem leonis metire. *Tu quoque ponendam arcem, historicam, eodem modo signaveris*, quo Dido suam Carthaginem signavit. *Calamo*. Apte hoc verbo usus est auctor; significat enim certum mensurae genus et necessarium scriptoris instrumentum. *Mensura quanta est velleris*, leonini.

Ad 61—76. Sicut supra allegoriam favi historici ex leonis faucibus a Brunnero extracti continuavit auctor, sic allegoriam historicae molitionis, aedificii in altum educendi et in spatio tergi leonini struendi, continuare pergit narratque, quo ostento a propalandis Ludovici Bavari fati sit absterritus. *Aggredior timide* opus imperatum, *stratumque examino corpus* leonis. Dicimus etiam in proverbio: ex ungue leonem. *Murisque scribo limites*. Designo in mentis area spatia scriptionis. Scribere apud poetas est etiam quidvis notare, signare, non tantum atramento pingere literas. Sic dicitur *inscripta facies rosis*, sic Statius:

Rutilantiaque arva sanguine scribit equus.

Quemdadmodum et limes ab agro traducitur ad modum terminumque scriptionis. Hinc idem Statius l. 1. Theb.:

— — — — limes mihi carminis esto

Oedipodae confusa domus.

Fundamenta dehinc cupiens immota locare pro defensione Ludovici Bavari, scire saltem, quid litis illi fuisset cum Rom. pontifice, cur eius memoria tam execrabilis haberetur. *Demitto palam ferream*, scrutor in fragmentis Brunnerianis (nam meliora secum abstulerat) causae viscera et acta resque ab

- Fundamenta dehinc cupiens immota locare
 Demitto palam ferream;
 65. Effodioque cavum; sculptum fuit: 'alea iacta est'
 'Ieus' manebant ultima.
 Ecce gigas prodit rubigine squalidus auri
 Sceptroque late submovet
 Vocibus his usus: 'sine, molliter ossa quiescant.
 70. Manes quid incestas meos?
 Urbem moliri suadet si dira cupido,
 Molire iuxta, non supra'.
 Sic fatus tumulo posuit caput; ocius aer
 Clangore coepit succuti.
 75. Ursam aquilae tundunt, vastatricemque sepulcri
 Umbrae gigantis immolant.

Ludovico gestas. *Effodioque cavum*, cavernam, quasi subterranea arcana Ludovici, verbo, iacentis in tumultu historiam. *Sculptum fuit: alea iacta est*. Qui subterraneam Romam ediderunt in lucem, monstrant, quae invenerint. Ita auctor Excubiis Brunnerianis usus indagansque facinora et utramque fortunam Caesaris, quae viderit sub hypogaeo, narrat: Pervenit ad tumultum, spectavi consepulta; verba ista repperi: *alea iacta est*, puta belli, fortunae, vitae; quomodo et illa regina dixit: Vixi et quem dederat cursum fortuna, peregi.

Allusit auctor ad nomen Ludovici, ludi mentionem inferens, ad aleam Iul. Caesaris Rubiconem transeuntis. Similem certe aleam Ludovicus in Italia iecit, animosius quam felicius. Quam paronomasiam Sarbivius⁸⁾ noster usurpavit in nomine Ludovici XIII. Gall. Regis in 65. Epigr.

Ludo vices, Ludovicus ait. Mars risit et ohe,

Lude meas, inquit, rex Ludovice, vices,

ICVS manebat ultima. In monumentis situ et aetate putribus quaedam literae (nam et marmora tandem vitium faciunt) aut syllabae oculos fugiunt, quomodo *Ludov* per aphaeresin erasum fuit; *icus* ergo permansit. Qualiter memorant quoddam scelerati hominis sepulcrum de caelo tactum, in quo uncialibus literis incisum erat initium psalmi *L. miserere mei, Deus*, sed per fulminatricem apocopen plerasque notas fuisse ab irato numine deletas mansisseque hoc solum nomen *miser* *Ecce gigas prodit*, umbra Ludovici ex tumba assurgentis, quod non raro usu venit temere sacra Libitinae scrutantibus. *Rubigine squalidus auri*. Cataphraetus Caesar apparuit auro obtuso, quod intra humentis

Dann das Fundament zu festen in sicherer Baugrub',
 Die Hacke schlag ich in den Grund.
 Auf einen Stein hier traf ich; darauf stand: 'Alea iacta est'; 65.
 Noch 'ICVS' las ich dann am Schluss
 Jählings der Erde ein Riese entsteiget mit rostiger Brünne;
 Weit jagt er mit dem Stab mich fort.
 Grollend rief er: „Lass' ab, gönn' Frieden meinen Gebeinen!
 Was quälst du meine Manen hier? 70.
 Treibt mit Gewalt dich die Gier, eine Stadt zu erbauen, so baue
 Sie neben mir, nicht über mir!“
 Sprach's und legte das Haupt ins Grab. Vom Schall seiner Worte
 Ging wild ein Brausen durch die Luft.
 Adler zerreißen die Bärin und opfern dem Schatten des Riesen 75.
 Hin seines Grabs Verwüsterin.

antri maceriam labem duxerat, effulgens. Nota: *squalere auro* dici per catachresin. Sic dicimus: florentes aere catervas; florentes arcano lumine postes. Talia enim non tantum per simplicem metaphoram dicuntur. *Sceptroque late submovet*, fossorem sepulcri, antiquitatis. *Vocibus his usus: Sine*. Vox Ludovici, increpantis temeritatem auctoris. *Sine, molliter ossa quiescant*. Dictio veteris formulae: molli humo tegaris; molliter ossa cubent. Quasi dicat: ne invidi mihi quietem meam, quam omnibus functis natura dat. De me scripturus rumpes tumultuosis annalibus somnium meum. Ab antecessoribus plus satis iam cruciatus sum tuis. *Manes quid incestas meos?* Quomodo Samuel post fata apparens Sauli dixit 1. Reg. c. 28. *Quare inquietasti me, ut suscitarer?* *Incestas*, proprie hic adhibetur, id est, violas, temeras, turbas. Porro mortui incestant vivos, quando praesentia sua vel cadavere illis molestiam creant. Sic apud Verg. Misenus tubicen
 incestat funere classem.

Cadaver navi vehebatur. Idem dicere possis de mumiis Aegyptiis in mari tempestates excitantibus. Vivi vero incestant mortuos, quoties apertis sacrariis illorum ossa differunt aut thesauros absconditos rimantur. *Urbem moliri si suadet dira cupido*, historiam si vis scribere. *Molire iuxta*, scilicet me, id est, me praeterito et intacto scribe; *non supra* meos cineres aut quae vivus gessi in Italia, calamum tuum extende. Intempestivi panegyrici quandoque obsunt. Cum defendor, impugnor, cum exaltor, ab aliis scriptoribus vel aemulis vel invidis tanto magis deprimor. Maluissem silentio nostra transmitti, seu bona seu mala; nemo iniquius lacerasset. Obfuit magnitudinis fama studio nepotum

Pareo mandatis; dein iugera circumspexi
 Propter latus iacentia.
 Ingens campus erat, sed scrupus, ardua saxa,
 80. Thebis revulsa credidi.
 Atque hominum quaedam faciem pectusque ferebant
 Signis inusta mysticis.

exaggerata. Et sane non insolens est hoc in heroum invidiosis epitaphiis: Est, cum primum crabrones excitamus, excitando funtorum ancipitem gloriam. Consurgunt hostiles animi et nec mortuis parcent. Encomia transeunt in contumeliam. Cani cum dolore ad inferos deducuntur. *Sic fatus Ludovicus tumulo posuit caput.* Vergil. dictio, in tumultum iterum se abdidit. *Ocius aer clangore coepit succuti.* Imperatoris sententiam, ut ex sequentibus colligitur, approbarunt imperatoriae aves. Applausere aquilae; clangor est aquilarum, anserum, phoenicis et tubae. *Ursam aquilae tundunt*, rostro. Quam ursam? Haec septentrionale sidus est, Polonis incumbens, unde Ovid. *Maior et ursae minor* etc. Intelligas ergo per ursam Abrahamum Bzovium, Polonum, Ludovicomastiga, quem oppositi auctores Ludovici Caesaris patroni (quos inter princeps Iacobus Kellerus sub nomine Herwarthi) immanibus satiris prosciderunt, sicut videre est in Ludovico Bavaro defenso. *Vastatricemque sepulcri*, Caesarei; potissimum enim Bzovius hanc camarinam sepulcralem ab aliquot seculis immotam lutulentis suis annalibus, scriptor laut sane prudentissimus, turbaverat. *Umbræ gigantis*, Ludovici manibus, *immolant*, ex vet. formula: Hunc tibi immolo, quod vocabant placare manes. Sic apud Ovid. 13. Met.:

Placet Achilleos mactata Polyxena manes.

Sacrificii funesti genus, quale vindicta invenit; in bello hostis hostem dolori suo immolat. Ita pariter Bzovio immolato, hoc est, bene contuso, mendaciorum atque calumniorum convicto, visus est suus splendor Caesareo sepulcro reddi, et Principis ira quievit.

Ad 77—86. Itaque statutum erat auctori cum Ludovico, ceteris quoque ducibus ac seculis, quae Brunnerus praecerpserat, nihil habere commercii. Illud periculosum, hoc fastidiosum; cogebatque necessitas ad ipsa Electoris tempora resque gestas respicere, florentes utique tunc et nimium quantum ab anno quadragesimo octavo diversas. *Pareo mandatis* Ludovici

Und ich gehorch' dem Befehl. Dann schau ich umher im Gelände,
 Das an des Riesen Seite lag.
 Weithin dehnt sich das Feld, doch schroff; rings starrende Felsblöck',
 Als wie aus Theben hergeschleppt. 80.
 Einige trugen das Antlitz von Menschen und Tieren; es waren
 Geheime Zeichen drein gebrannt.

iubentis abstinere a se. *Dein iugera circumspexi*, aliud spatium pro aedificio historico. Alluditur ad priscum morem, quo urbes condituri amplitudinem aratro signabant. *Circumspexi* spondaicum Vergilianum est:

. . . . postquam Phrygia agmina circumspexit.

Propter latus, id est, iuxta latus Ludovici *iacentia*. Alia quaevis scribenda extra Caesarem diris pontificiis percussum. *Ingens campus erat*. Accommoda dictio et usitata iam scriptoribus campum pro materia scribenda sumentibus. Quo sensu dicere solemus, ingenii laxavit frena in eloquentiae campo. Ingens campus, id est, multa materia, multa hoc aevo proelia et victoriae, varii et insperati eventus narrandi, consiliorum et miseriarum infinita seges. *Sed scrupus* campus, lapillis plenus, per quorum obstacula molliter incedere non possis. — Causae in promptu sunt. Illi, de quibus scribendum, nondum occubuere, mutari possunt et delibare gloriam suam. Certe ex sententia Ovidii:

. ultima semper

Expectanda dies homini est, dicique beatus

Ante obitum nemo supremaque funera debet.

Accedunt tristes metus, sollicitudines, censurae non agnoscentium errores suos, fortasse plus iusto etiam amantium, praesertim sub specioso nomine historiae, si vindiciae et apologetici petantur, nonnumquam et panegyrici. *Ardua saxa*, arduum negotium. *Thebis revulsa credidi*. Manifestat auctor, quid per saxa intellegat, nimirum homines. Saxa enim illa, quae Amphion, Thebarum conditor, attraxisse fingitur, audito lyrae cantu ambulabant, donec iunctis compagibus iusta moenia, coalitam urbem, erexere. Fabula indicat sanctis legibus ad harmoniam animorum temperatis cives Thebanam rempublicam constituisse. Talia saxa vidit auctor: cives, populos, milites, duces. *Atque hominum quaedam faciem pecudumque ferebant*. Praecipuae Germanorum familiae mutuatae

- Quaedam decussis stabant informia frustis,
Ceu pars ruinae turrium.
85. Marmora cum tophis, silices cum pumice misti
Multo rubebant sanguine.
Iamque etiam in silvas visus mihi ferro securim
Trabes monebar scindere,
Cum subito motis penitus radicibus arbos
90. Inversa vadit obviam,

sunt cognomina, insignia, tesseras a belluis, saxis, montibus silvis, ut Haslang, Lewenrott, Wolckenstein, Reclberg, Berenfall, Berndorfer, Lewenhaupt, Lewenstein, Wildenaw etc. *Signis inusta mysticis*, significantibus mysteria, quomodo obelisci Aegyptii. *Quaedam saxa decussis stabant informia crustis*, unde antiquitatem generis et altissimi sanguinis nobilem avitamque prosapiam colligas. Qua ratione est aliquid apud Iuven. Sat. 8:

. longo,
Sanguine censi pictosque ostendere vultus
Maiorum et stantes in curribus Aemilianos:
Et Curios iam dimidios, humeroque minorem
Corvinum et Galbam auriculis nasoque carentem.

Scilicet squalentes avi nepotibus atria monstraturis sua honori sunt; ubi videas

Fumosos equitum cum dictatore magistros.

Ita praecipui illi, quorum clipeos ad tumulum pendentes, pulvere obsitos, rubigo et tabes vetustatis paene exedit. *Marmora cum tophis, silices cum pumice misti*, neque enim omnes in bellis nobiles, sed illustri obscuroque genere oriundi, sutores, patricii, eodem globo certantium permisti. *Multo rubebant sanguine* effuso in proeliis, incipiendo a Pragensi usque ad tremendam pacem Monasterii in Westphalia sancitam. Quantum enim cruoris ab anno XX usque ad XLVIII civilia et intestina bella hauserunt! ut adeo possis ad literam quoque intelligere, *rubuisse saxa sanguine*, tot caedibus omnia maduerunt. Auctor lib. 8. Silv. Ode. 9 ad Bartholdum Nihusium Amstelodami tunc morantem se ipsum hoc sensu explicat his versibus:

Vidimus historiam: bella, horrida bella, Nihusi.
Ordinur a Bohemico.

Andere standen entstellt durch abgeschlagene Stücke,
 Zerspellten Turmestümmern gleich.
 Marmor und Tuffstein allum, und Kieselblöcke und Bimstein, 85.
 Sie waren rot von vielem Blut.
 Und schon trieb's mich, die Axt an die Bäume des Waldes zu legen,
 Zu schlagen Balken mir zum Bau —
 Als auf einmal ein Baum mit ausgehobenen Wurzeln
 Mir umgekehrt entgegen kommt. 90.

Vidimus auctumno iam praecipitante Novembris
 Spumare prela vineae.
 Sordidus humano Mars sanguine pinguibus uvis
 Quot amputavit milia!
 Torrentes rapidi passim fluxere cruoris
 Cellas in omnes Teutonum.
 Caedibus urgentur caedes etc.

Plura videbis in hanc sententiam ibidem. Inscríbítur oda:
 Apollo Zeuxis sive somnia poetarum.

Ad 87—102. Ad aedificium non tantum saxa, sed ligna quoque requiruntur. Itaque auctor priorem allegoriam ex lapidibus petitam cumulat mira arborum specie mutuo incursu se contrucidantium. Introducuntur velut bellicosi homines tanto fidentius, quod pleraeque arbores olim homines fuerint. Vid. Ovidianas metamorphoses, ubi Dryope in quercum, Daphne in laurum, Phaetontiades in populos, Leucothoe in arborem turiferam, Lotos in loton sui nominis arborem, Pyramus et Thisbe in morum, sicut et Myrrha, Philemon et Baucis aliique sumptis frondibus ac foliis transformantur. *Visus mihi ferre securim.* Ludificatio somniantis, cum calamus, non securis fuerit. Sic ad calcem ipsemet explicat:

Credebam in manibus durum me ferre ligonem,
 Eratque penna candida.

Cum subito motis penitus radicibus arbor inversa.
 Hominum turbam intellige. Veteris philosophi celebre ac notum illud pronuntiatum est: Homo arbor inversa. Vid. eiusdem auctoris l. 8. Silv. oden. 14. de interitu arborum, ubi sic ait:

Ae fuit, ex feta quando ilice glandifer infans,
 Frondifluusve puer
 In terram cecidisse datur truncoque parentis
 Applicuisse genu.

- Vertice progediens prono, pede recta supino,
 Quo more Faunus histrio.
 Griphe, grues, corvos, volucres ut quisque fovebat
 Nidus supra cacumina;
 95. Arborei terris avulsa stirpe ruebant
 Adversa trunci in proelia.
 Emicui in morum; nam manserat unica morus
 Infixa natali solo,
 Pacis amans; reliquum iustam nemus omne phalanga
 100. Umbone iuncto fecerat;

Sic et Statius:

— — — viridi puer excidit orno.

In Sacris quoque Literis 9. Iudic. v. 8. elegantem apologum arborum quasi hominum consultantium legimus: 'Terunt ligna, ut ungerent super se regem, dixeruntque olivae: Impera nobis; quae respondit: numquid possum deserere pinguedinem meam, qua et dii utuntur et homines, et venire, ut inter ligna promovear? Dixeruntque ligna ad arborem ficum: Veni et super nos regnum accipe. Quae respondit eis: numquid possum deserere dulcedinem meam fructusque suavissimos et ire, ut inter cetera, ligna promovear? Locutaque sunt ligna ad vitem: Veni et impera nobis. Quae respondit eis: Numquid possum deserere vinum meum, quod lactificat Deum et homines, et in cetera ligna promoveri? Dixeruntque omnia ligna ad rhamnum: Veni et impera nobis. Quae repondit eis: si vere me regem vobis constituitis, venite et sub umbra mea requiescite; si autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno et devoret cedros Libani.' Placuit totum hunc apologum referre, quod eundem P. Guilielmus Federlin S. I.⁹) in suo Veridico Germanico nostrorum temporum summis capitibus anno decimo octavo et nono ad Bohemicam coronam invitatis venuste comprimis accommodaverit; quod idem argumentum est auctoris in somnio suo, nisi quod arbores non tam consultant quam ferociter proelientur. *Vertice progrediens prono*, nam arboris caput in terra situm est. Igitur homo arbori comparatus eodem modo ambulaverit, sicut ambulasse finguntur ab Orpheo tractae arbores. *Pede recta supino*, pedibus in caelum versis; *quo more Faunus histrio*, capillis pavementum verrens, planta sursum porrecta. Faunos nominat, lubrica agilitate genus volubile. Vid. Calloti¹⁰) imagines multum in his semicapris ludibundi. Sensus ergo monstrificus hic est:

Auf dem Scheitel schritt er daher, die Füße nach oben,
 So wie ein Faun im Gaukelspiel.
 Raben und Kranich und Greif da sah ich, und alles Gefieder,
 Das in den Wipfeln baut sein Nest.
 Los aus dem Erdreich rissen zumal ihre Stämme die Bäume 95.
 Und stürzten mitten in die Schlacht.
 Ich erstieg einen Maulbeerbaum, der einzig von allen
 Im Waldesboden stehen blieb,
 Friedlich gesinnt. Der übrige Hain stand gänzlich in Schlachtreih'n
 Mit festgefügtten Schilden da. 100.

vidisse se arbores more hominum ambulantes sive homines more arborum. Utroque prodigiosum ostentum fuit. *Gripha, grues, corvos* vidisse se, *volucres ut quisque ferebat nidus supra cacumina arborum*. Itidem ad nomina et insignia stemmatum, ut supra in saxis, lusum. Dicimus enim: Der Herr von Greiffenberg, Greiffenfels, Hohenkree, Rabenhaupt, Schwandorff, Lerchenfeld, Falkenberg, Falkenstein, Straussenberg quaeque alia nomina nobiles familiae sibi ab avibus propitiis sumpserunt. Similia P. Scherer¹⁾ in aliqua contione proponit, ideo fortium animalium volucrumque nomina maiores accepisse transmissa ad posterum, ut et facta imitentur. Vid. auctoris lib. 2. Lyric. od. 46 ad Lucam Feronium nobilem:

Ne monstra iactes in clipeo sacri
 Caelata patris: neu graue tinniat
 Calcar; peregrinisque late
 Icta sonent orichalca stellis.
 Quid belluarum nomina fortium
 Mentimur orbi, si lepores sumus?
 Frustra feroces magna pardos
 Scuta tenent galeaeque conum
 Crispant avitae fulmina gloriae,
 Si non in Hunnos fulminei ruunt
 Pardi nepotes, si columbam
 Arguerint aquilae parentes.

Arborum terris avulsa stirpe ruebant adversa trunci in proelia. Huc fictio somnii tendit, ad conflictum. Exprimit auctor per caedes arborum stragem hominum tricennali bello Germanico per summum nefas continuatam. *Emicui in morum*. Solemus altiorem prospectum quaerere prodigiosa vel improvisa visuri. Sic

- Fraxinus in platanos, in fagum procidit alnus,
 Hex ab orno saucia.
 Obstupui, crinique rigens surrexit in altum,
 Par frondium fastigiis.
105. 'Quod bellatorum genus est, quid militis istud
 Ramosa iactans brachia?
 Hisne locis etiam sparsit fera semina Cadmus
 Dentemque in arma fertilem?'
 Sic ego; nube cava sic vox prolapsa Tonantis:

Aeneas apud Verg. 2. Aen. audito hostem habere muros, misceri tela, clarescere sonitus:

Excutior somno et summi fastigia tecti
 Adscensu supero atque arrectis auribus asto.

Sic auctor sibi visus morum conscendere. Apte haec arbor, quia sapientiae symbolum est, immota stetisse fingitur neque reliquarum cladibus se immiscuisse. Porro *emicare in morum* propria dictio, hoc est, celeri corporis obsequio in ramos eniti. Sic Verg. de Turno:

Emicat in currum et manibus molitur habenas.

Reliquum iustam nemus omne phalanga densam aciem, *umbone iuncto*, implexis inter se frondibus, *fecerat*. Iam sequitur conflictus et procumbentium strages. *Fraxinus in platanos, in fagum procidit alnus, Hex ab orno saucia*. Ceterum bellicosae arbores sive bello potius aptae habentur fraxinus, abies, cornus; non item platanus, populus, alnus. Nam hae in horto Veneris a Claud. in Nuptiis Honorii et Mariae ponuntur:

— — populeo suspirat populus ictu,
 Et platani platanis alnoque assibilat alnus.

Immistae tamen conflictui et imbelles arbores sunt, quia omni aevo timidi fortesque, teneri ac robusti pugnant.

Ad 103—108. Territus auctor prodigiali ostento somnians quoque expavit. Per somnia quippe etiam homines percelli posse exempla sunt Pharaon et Nabuchodonosor et apud Ovid. Halcione, 11. Met. fab. 10. *Crinique rigens surrexit in altum*; quod in subito pavore contingit. Apud Verg.: *Steteruntque comae*; apud Statium: *fronte relictas surrexere comae*. *Par frondium fastigiis* capillus, hyperbole. *Quod bellatorum genus est*, causa horroris tanti. *Ramosa iactans brachia* arborum. Rami, brachia, manus apud poetas vocantur, non item lacerti; quia receptum non est, neque continue omnia ab hominibus ad

Auf die Esche stürmt die Platan', auf die Buche die Erle,
 Die Bergesch' rannt' die Eiche wund.
 Schauder ergriff mich und trieb das Haar mir erstarrend zu Berge,
 Den Wipfeln gleich im Laubgezelt.
 „Welch ein Riesengeschlecht ist das! Welch schreckliche Kämpen, 105.
 Die roh die Äste schleudern dort!
 Säete Cadmus auch hier den grausen Samen der Zähne,
 Draus aufging einst die eh'rne Brut?“
 Da aus hohler Wolke erscholl mir des Donnerers Stimme:

arbores transferuntur, si sat multa. Quis enim nasutas dixerit?
 Auritas possis dicere cum Horatio, quia citharoedi cantum secutae
 sint. Porro communi sensu recepta scias caput, verticem, uterum,
 pedes, brachia, manus. Eleganter Statius in Silvis de platano:

Innumeraeque manus et iturus in aethera vertex.

Metaphoram vix amplius impropriam propagavit receptissimum
 veterum poetarum figmentum de hominibus ex arborum complexu
 natis, ut adeo arbor et homo vicissim dotes sibi communicaverint.
 Mirabilem hunc ortum, de quo supra etiam aliquid, in auctoris
 Batrachomyomachia l. 5. Natura parens coram Iove exposuit
 his versibus:

Tunc etiam ventrem fecundum silva marito
 Flante Aquilone tulit, viridis cunabula fagus
 Praebuit, e querno protrusi robore fetus
 Aspexere diem, uidi, spirantia vento
 Membra fovens.¹²⁾ rupto nemorosae cortice matris
 Grande puerperium testatus pusio fluxit.
 Innumeras frondosa manus, distincta capillos,
 Floruit in summis felix infantia ramis.

Hisne locis etiam sparsit fera semina Cadmus. Nota
 fabula. An, sicut ex dente draconis, quem Cadmus severat, con-
 surrexit armata cohors terrigenum per mutua vulnera occumben-
 tium, hic quoque ex nescio quali semine arborum proeliaris
 acies suborta est perniciabili occursu?

Ad 109—118. Auctorem spectaculo arborei exercitus in cae-
 dem ruentis attonitum vox de caelo docet, quid visa portendant.
Specta cohortem ligneam, arbores militariter digestas. *Ut*
sibi pugnatrix etc. quomodo se ipsas alternis ictibus proster-
 nant. *Haec tibi materies* etc. id est, vulnera funeraque tibi
 describenda sunt hominum sub his arboribus latentium; quomodo

110. 'Specta cohortem ligneam,
Ut sibi pugnatrix virides intorqueat hastas
Ventrisque rumpat corticem.
Haec tibi materies tectis erit apta struendis.
Insequere tantum funera'.
115. Insequor; immani crepitat vaga verbere silva
Manusque miscet frondeas;
Donec, ubi innumeri lapides iacuerе, patentem
Concisa stravit aream.
Aedificare paro; tardumque et in omnia cautum

legimus 3. Aen., cum Aeneas myrtum convelleret, sub qua Polydorus Priami filius sepultus iacuerat, sauciam cruore maduisse additis vocibus:

Quid miserum, Aeneas, laceras? iam parce sepulto,
Parce pias scelerare manus, non me tibi Troia
Externum tulit, haud cruor hic de stipite manat.
Nam Polydorus ego etc.

Hinc apud Ovid. 9. Met. Dryope in arborem se verti sentiens ait:
Care vale coniux, et tu, Germane paterque!
Qui, si qua est pietas, ab acutae vulnere falcis,
A pecoris morsu frondes defendite nostras;
Et natus dicat: latet hoc in stipite mater.

Insequere tantum funera, arborum humana cadavera repraesentantium. *Immani crepitat* etc. Descriptio caedis. *Stravit aream*, sicut cruento proelio peracto semper acervi cadaverum campos operiunt, ita hic lignorum struices. Atque adeo iam saxa et ligna educendo historico aedificio praesto erant, bellum Bohemicum, Transsilvanum, Austriacum, Bavaricum, Palatinianum, Danicum, Saxonicum, Suecicum, Suecico-Gallicum, Gallico-Hessiacum etc., cum Friderico Pal., cum Gabore, cum Christiano rege Daniae, cum Gustavo Adolpho Sueciae rege, cum Georgio Turlacio, cum Georgio Saxone, cum Bernardo Winnario, quaeque alia post Brisacum clavem Imperii amissam bella Romano Imperio et Bavariae incubuerunt. Iam qui conflictus! quot victoriae! quot victoriarum neglectus! quae inter haec omnia iacturae, consilia, caligines, miseriae! quot milites ducesque e medio sublatis! Dicere possis cum Aenea:

— — — quis talia fando

Exprimat aut possit lacrimis aequare dolorem!

Ingens materia scribendi, modo sexaginta anni transierint, ut

„Der Bäume Kampfschar schau dir an, 110.
Wie sie in grimmiger Wut einander zerfleischt mit den Lanzen
Und ihres Stammes Rinde bricht.
Selber liefert sie dir für die Häuser das passende Bauholz.
So folge den Gefäll'nen nur.“
Und ich folge. Der Wald kracht rings von schrecklichen Schlägen 115.
Und schwingt belaubte Arme wild,
Bis wo unzählig Gestein ist gehäuft, auf verwüsteter Fläche,
Er mir den weiten Bauplatz gibt.
Nun beginn' ich zu bauen, gemach und in allem bedächtig;

interea veritas percolatur; tum enim turbido subsidente in limpida ac stante aqua pura rerum et qualiumcunque eventuum apparebit imago. Nunc Plato Politicus iubet quiescere.

Ad 119—122. Comportata materia librisque de rebus huius aevi gestis ac literis narrat auctor, quae contigerint. Ceterum libros subministrabat consultissimus D. Bartholomaeus Richel, intimi consilii praeses et Serenissimi Electoris continuus, vir laboris indefessi et prudentiae ac iudicii laude praestans. Cui auctor librum quartum Silvarum suarum dedicaverat, praefigens nomen Bartholi Licherii; pro Bartholomaeo Bartholum maluit ponere, quod nomen istud apud iuris prudentes auspicatum ac celebre haberetur; Licherius anagramma est; verte literas et emerget Richelius. In dedicatione praeconium quoque summi viri inveneris. Cum hoc auctor familiaritatem contraxerat; iste cum auctore ex mente Electoris agere solebat, deferre mandata, subministrare necessaria etc.; sicut post armistitium Ulmense, quod Bavaricam factionem ab Austriaca ipsoque Caesaris respectu sciderat, statim puncta causasque eius armistitii ad auctorem scripto detulerat, ut insereret suo Dramati Osco; quod cum fecisset in persona Mercurii Romani, Austricis sane bilem civit non aequo animo ferentibus illas causas quocumque demum modo prolatas.¹³⁾ Adeo nec canere veritatem hoc aevo tutum est, nimirum donec odia gliscunt et animis dissidentibus publico bono privatum antepositur. Ex illo tempore magis et magis respicere coepit ad libertatem seque honorificae servitutis iugo subtrahere, Ixionis rota et Sisyphi saxo, signis ambactorum, ad limina aulae relictis. Scias historiam esse legationem mortuorum ad vivos, non vice versa. *Aedificare paro*, scribere; scripseratque auctor Donawerdanam Expeditionem, in qua ex composito praetentavit Electoris animum intellecturus ex parvo, quid

120. Senex verendus incitat;
In manibus culter capulo radiabat eburno;

sibi apud morosum censorem polliceri in magno posset. Donawerda urbs Imperii est, anno seculi octavo rebellis Caesari Rudolpho facta. Eam Caesaris mandato atque auspiciis Maximilianus Bavariae Dux anno nono armata vi in potestatem redegit atque ad oboedientiam revocavit. Urbs Duci attributa est tantisper possidenda, donec bellicos sumptus refudisset. Quae concessio ingentem principi invidiam odiumque catholicis conflavit. Nam ceterae civitates Imperii, a Donawerdanis exstimulatae, tanquam ad commune incendium patriae tumultuabantur. In omnibus postea Imperii comitiis recrudit dolor evangelicorum super hac violentia protestantium. Quis crederet? Donawerda sic a Bavaro detenta potissima fax et causa fuit tricennalis huius belli in Germania. Ex illo scissi animi principum ad arma spectabant; coniuraverunt opulentae urbes; confidentia et sinceritate sublata catholici evangelicos, sed multo magis isti catholicos suspectabant. Anno decimo Liga catholicorum Unioque protestantium coaluit. Tandem carcinomate maturato pus omne in Bohemiam effusum est; traxit sanguinem secum et exinde universam Germaniam letifera peste polluit, malo plurimum et a pluribus defleto, sed nunquam elugendo. Itaque auctor in ea scriptiuncula praelibans semina quaedam sequentium bellorum ad calcem addidit, alia tentamenta, quae ad explorandum necessaria videbantur, immiscuit. Dignatus est Elector perlegere, ipsomet Richelio gravissime asseverante, et censoria cerussa subducere, quae omitti vel emendari voluit. Quae tametsi paucula, talia tamen erant, sine quibus historiae suum robur et nervum constare posse auctor nequidquam credidit. Eius modi nonnulla sub oculos dare non verebimur.

1. Scripserat auctor, iniuriam catholicis Donawerdae illatam aegre tulisse episcopum Augustanum, his verbis: *Quibus rebus compertis Henricus, praesul Augustanus, ad quem proxime cura laesae partis spectabat, officii sui putavit esse serpentem haereticorum cancrum sistere.* Princeps τὸ haereticorum subduxit, maluitque evangelicorum substitui. Noluit etiam dicere *haeresin*, sed *dogmata*.

2. Scripserat auctor, quod certissimis testimoniis scivit, quominus concitatores turbarum punirentur, a Donawerdanis aliquot

Da spornt mich an der würd'ge Greis.
Hell erglänzt in der Hand am Elfenbeingriff ihm die Klinge;

120.

proceres Rudolphi C. fuisse corruptos, his verbis: *Et erat aula Caesaris ab ea labe non intacta. Malum nullo aevo castigatum satis, nostro desperatum.* Princeps expunxit.

3. Scripserat auctor: *Protestantes iam dudum suspectabant prudentiam Ducis reconditam aliquantoque tristiores. Quod rei catholicae comprimis addictum scirent hereditario natalium bono, potentiores nolebant, utpote vicinorum principum splendori et multorum alieno tenebras offusurum. Licet in spes suas manifesto pugnari dolenter adverterent, undeunde captis ominibus. Ex quo summae rerum admotus gubernacula suscepit, videbant efficaci sollertia cuncta feliciter administrari.* Ista reliquit Elector illibata, sed sequentia subduxit, nimirum:

4. *Assem patrum, immanibus debitis in omnes partes fractum paucis annis, omnium spe celerius ac pulchre reconcinnasse, provinciis, quae obaeratae distrahebantur, singulari cura exsolutis. Hereditatem a maioribus acceptam, sed iniquitate temporum, maxime vero fratrum discordia bellicisque donativis accisam, quia virtute sua credebant reparare posse, cogitabant et velle.* Haec, inquam, expunxit.

5. Quod autem mireris, sequentia reliquit: *Quod pennas explicare paret, argumento esse alienum nidum, in quem extenderit Donawerdam liberam civitatem occasione rixae illi optabilis tributariam factam, unius quaestui servire.*

6. Scripserat auctor, dum nostri temporis miseras a capite arcessit: *Omnes haeresiarchas hactenus classicum cecinisse.* Princeps subduxit.

7. Scripserat auctor: *Maximilianus huius nominis secundus, fidem Romanam caste non habuit; ea fama est.* Princeps delevit.

8. Scripserat auctor propius accedendo ad Bohemicos tumultus et Augustales, quas vocant, Maiestatis literas, unde profluvies malorum per totum illud regnum, denique in Imperium restagnavit. Scripserat inquam: *Addunt alii: Rudolphum voluptatibus senioque iam fractum postremis annis regnare potius quam regere visum, quieti suae et curiosis artificum inventis omnia posthabuisse.* Princeps partem ex hac periodo subduxit.

9. Scripserat auctor: *Taedio etiam maioris curae diplomata facilius in dies data.* Haec a principe expuncta sunt, uti et

Erat capillus rarior.
Ut maturarem, super haec spumantis aquoso

paucula ad se pertinentia, vera quidem et honorifica, sed arcanum animi penetrabile ingressa, apud Londorpium¹⁴⁾ tamen, quod nescierat Elector, in Actis publicis passim invenienda. Qualia paullo altius secum expendens auctor iam tum intellexit, quos successus in imposito munere sperare posset: magno labore conflanda ingentia volumina, ad principis nutum, qua parte se mascula veritas proderet, foede castranda vel prorsus abolenda aut, quod idem est, in Archivium reponenda. Finge autem castratum qualemcumque librum deinde in lucem edi accipique in manus: nimirum uni principi satisfiet, sed orbis iure merito alium historicum requiret. Quid enim scribere audebit prohibitus evulgare, Maximilianum II. Romanam fidem caste non habuisse, quando et mortuo catholicae sorores parentare detractarunt; et de vivo questus Ferdinandus parens propensum filii animum erga confessionem Augustanam scivit deflevitque, auditus olim dicere: *Hodie, prô dolor, filius meus sub utraque communicavit.* Quod nepos cancellarii Ferdinandaei (quem ipse Caesar tristis sacramenti participem fecerat) ex patris ore acceptum D. Richelio prodidit, hic auctori. Ceterum in eodem scripto de Expeditione Donawerdana aliqua fuere, quae Electori dissimulata, ab Societatis uno alterove critico obliquius aspiciebantur. Ex. gratia scripserat:

10. *Illud tamen video non paucis persuasum, utilius fore, si Germani Austriaci, quemadmodum sanguine iuncti sunt Hispanis, ita consiliis ac commerciis Hispanorum non nimium iungantur; quippe auri peregrini illecebra, in Imper. Rom. quodammodo fenus exercentium, praestita non gratis auxilia, praebendaque in posterum maioribus damnis praegravari, frustra pacem et ceterarum gentium amorem sperare Germanos familiares illis, qui a nemine amantur. An non callidi protestantes in terras Imperio subiectas Batavos quoque foederatos traxerint odio Hispanorum? irritabilem Gallum aemulos gloriae vix domi suae ferre posse: quî aequo animo laturus sit in alieno solo venantes praedam, qua ipse quoque impensius delectetur; enimvero et sibi deberi contendat, indolentius tamen cariturus, si nec rivalem viderit inhiare. Iam vero regibus inter se collisis atque dimicantibus, in quos ferri frustra vulneraque crebrius spargantur,*

Und spärlich wallt das Haupthaar ihm.

„Eile dich!“ rief mir auch zu der Mund des schäumenden Flusses,

quam Germanos, scilicet in medio hostium ictibus utrinque expositos. Ut nihil horum contingat, suspensiones certe, diffidentiam dissensusque animorum et invidiam fluere ex eodem fonte, quò levis emolumenti splendor, submissa pecuniae vis, materia cupiditatum ac procliorum. Ista, ut memoravi, dissimulata Electori, utpote tunc temporis a Gallica factione non abhorrenti, non item dissimularunt auctoris amici, quod in Austriacae domus immutationem offensamque beneficorum archiducum et consequens Societatis damnum vergere viderentur. Nec abnuuit auctor, sed periclitandi gratia dissertationem illam inserere placuit, professo, aliorum iudicium, non animi sui sensa referre; unde addidit: Recte an secus sentiant opinionis huius auctores, lector iudicet, mihi commemorasse pro officio satis est.

Nihilominus mussitatum est, exceptaeque voces sunt: ‘Sinamus Patrem Balde quoquomodo animose bacchari et scribere, quod lubet. Multa supervenient, quae frustrabuntur impetum et vanas spes, bella, fata et rerum alternantium vicissitudines, dummodo ad tempus politicum principis respectum sistat; periculosam scriptionem Censura cribrabit’. Neque vero haec praesagia auctoritate magnorum virum praegnantia fugerunt aut fefellerunt auctorem, quamvis R. P. Wolff. Graveneggio Provinciali, R. P. Georgio Speisero Rectori Monacensi non fuerint incognita. Quo factum est, ut auctor sibi suisque rebus invigilandum esse existimaverit, ne duo consectando, historiam et poemata sua (nam in medio flore et furore Lyricorum iamque Silvas suas ingressus erat), utrumque amitteret, dum incertae fidei ac famae conscribit tomos atterendo aetatem et dum postliminio redire cuperet ad Odas suas, ad dignam vate ferociam nequidquam assurgens, quod ingenium fuliginosi servitii laboribus elanguisset, duplicem iacturam passurus. Itaque in tempore cautio adhibita est. Sumpsit sibi auctor impetum et anno 42 per mirabiles somnii huius anfractus distentum monstris poema praecipitavit. Quod, si placet, non tam dormientis, quam vigilantis somnium voces, quale Plato vitam humanam appellavit. Videtur hoc carmen melius inscribi posse: Divinatio animi futura coniectantis in officio lubrico et censuris invicem adversantibus obnoxio. Tum enimvero seposita ancipiti cura, postquam functos primum auctor decreverat

- Urgebar ore fluminis,
 125. Fluminis immensi; cui si septena micarent
 Infecta limo cornua,
 Esse videretur Nilus: tam multa papyrus
 Miscebat algam erinium.
 Caeruleus pater assurgens et vertice canus,
 130. Postquam salutares aquas

honorare, totum se hederis involvit et lenocinanti poesi obsecutus odarum sonitu concitavit animum. Iis exactis, sicubi fata viam historico et sinum veritati panderent, rediturus in officium et plenissima vela in mare Germanicum, tot bellorum sanguine rubefactum, daturus. Primo canendi proposito post edita poemata orbis applausit; secundum serius scribendi annus quadragesimus octavus in medio belli Bohemici cursu secuit abruptitque, quippe Princeps post pacem Imperii in Westphalia confectam Salisburgo Monachium redux auctorem instrumentis ad ultima potissimum tempora consignanda communiturus, intellecto adhuc in primordiis haerere neque postremis fastis affici, aspernatus est et scriptorem petivit famulaturum viventis arbitrio, tamquam securus victoriae Pragensis, ultimarum rerum haud paullo magis sollicitus, fama iam senioque vergente. Ea missione maius beneficium posuit ignorans petituro, quam si scire potuisset, petenti; manifesto documento et solatio auctoris, rite fecisse, cum temporum momenta librans certa incertis praeposuit. Redeamus ad textum.

Tardumque dictis de causis *et in omnia cautum* propter lubricam materiam *senex verendus incitat*, D. Richel, vir tunc annorum sexaginta trium vel quatuor. *In manibus culter capulo radiabat eburno*. Supra Nicolaum Burgundium symbolice per virum tria aurea poma ferentem, qua forma D. Nicolaus pingitur, repraesentavit, hic Bartholomaeum Richel per cultrum consueto habitu modoque cognominis Apostoli. *Erat capillus ravior*, ad literam; D. Richel enim molli et raro capillamento fuit.

Ad 123—136. Sub isto schemate repraesentat auctor adm. R. P. Generalem Mutium Vitellescum, qui a susurronibus incitatus (nam aliquot delatores ex provincia monuerant) Monachium ad auctorem rescripsit exhortans ad festinanda Principis obsequia delatamque historiam conficiendam. Credebat optimus senex e priscis seculis aliquid eruendum esse; intellecto, nostratibus bellis

Der schwellend seine Flut ergoss.
 Unabsehbar dehnt er sich aus, und wenn ihm erglänzten 125.
 Der Hörner sieben, schlammbedeckt,
 Schien es der Nilstrom zu sein: so viel Papyrus vermischte
 Dem Haar des Schilfes sich darin.
 Dunkelblau da erhob sich der Vater, des Scheitel ergraut war;
 Zum Heilgruss sprengt er Wasser erst 130.

manum admoventi promendisque in lucem periculosorum eventuum
 causis, simultatibus, technis privatisque respectibus, quaeque
 paullo ante memoravimus, vehementius urgere cessavit. Ceterum
 hic introducitur ut fluvius apta similitudine gubernatori maximi
 ordinis venerabili ac cano. Fluvii apud veteres inter deos refere-
 bantur; neque novum apud poetas est aquarum dominos loqui.
 Vergilianus Tiberis solatur et docet Aeneam, Statianus Ismenus
 exprobrat, Ovidianus Alpheus commemorat amores Arethusae;
 eiusdemque Achelous conflictum suum cum Hercule narrat. Iam
 ad textum: *Ut maturarem* historiam, quam putabat eo loco ac
 filo pertexi, quo Brunnerus desiit. *Spum. aqu. urgebar ore*
fluminis, Mutii Vitellesei; sollemne poetis est summos viros toga
 et sago, facundia vel fortitudine spectabiles fluminibus comparare.
 Luc. 6. Pharsal.

Sic pleno Padus ore tumens etc.

Stat. 8. Theb.

Qualiter hiberni summis duo montibus amnes, etc.
 describit certamen duorum heroum.

Fluminis immensi, capitis maximo Ordini praesidentis
 atque adeo derivantis aquam suam per totum orbem. Vid. Senecam
 philosophum de fontium adoranda origine in suis epistolis ad
 Lucil. Porro *immensus* non semper significat apud poetas imme-
 tatum, nullo spatio circumscriptum, sed vastum aliquid. Sic
 Aeneas 5. Aen. examinans Entelli caestus

et pondus et ipsa

Huc illuc vinclorum immensa volumina versat.

Cui si septena micarent infecta limo cornua, Esse vi-
deretur Nilus. Nilus inter omnia flumina princeps est, poe-
 tarum carminibus inclitus; illi Generalem confert honoris ergo,
 demptis phaleris fabulosis, quae personam religiosam tantaeque
 auctoritatis non decere videbantur: puta cornua, fluviorum orna-

- Sparsit in attoniti vultum cannaque fluente
Faustum precatus annuit,
Humida per certos diffundens verba canales,
Immurmuravit auribus;
135. Summa fuit: 'Propera'. Sine arene et calce trecenta
Festino saxa iungere.

menta, licet ea et Bacchus inter deos, Alexander Macedo inter reges gestare decorum putaverint; pulchre Claud. in consul. Proбини et Olybrii fratrum fluvium sic describit, nimirum Tibrim:

Illi glauca nitent hirsuto lumina vultu,
Caeruleis infecta notis, reddentia patrem
Oceanum, crispo densantur gramine colla.
Vertice luxuriat toto crinalis arundo.
Quam neque fas Zephyris frangi nec sole perustam
Aestivo candore mori, sed vivida frondet
Aequaeuum complexa caput, taurina lenantur
Cornua temporibus raucos sudantia rivos.
Distillant per pectus aquam, frons hispida manat
Imbribus, in geminos fontes se barba repectit etc.

At enim esto, Mutio Generali cornua non sint, atque horum defectu Nilus videri non possit; alia tamen consimili dote tam nobilem fluvium aequat, copia papyri. Nota res Nilum papyri-ferum dici ex Ovid. 15. Met.

Perque papyriferi septemflua flumina Nili.

Papyrus arbuscula est in humido solo, ubi Nilus restagnat, crescens. Ex hoc frutice charta conficitur in tenues phyliras scissa. Etiam Romanus Tiberis, si eo nomine summum Societ. Iesu caput insigniri se permittit, dici potest copiosam papyrum nutrire. Ludit auctor; nam beneficio papyri et chartae mandata superiorum ad subiectos deferuntur explicantque sensa et voluntatem suam etiam longe distantibus. Itaque auctor in somnio fluvium se alloquentem papyriferum vidit; *tam multa papyrus miscebat algam crinium*. — *Caeruleus pater*, Mutius assurgens more fluviorum, et vertice canus, sicut fuit, tunc, nisi fallor, 78 annorum, unde eum auctor praesagus maturi funeris infra cygnum vocat. *Postquam salutare aquas*, salutem in Domino, sicut moris est in religiosis epistolis; pax

In des Erstaunten Gesicht, dann günst'gen Erfolg mir erflehend,
 Beim Weh'n des Schilfrohrs nickt er mir.
 Feuchte Worte darauf durch sich're Kanäle ergiessend,
 In meine Ohren murmelt er;
 „Eile dich; eile!“ so mahnte auch er. Und in Hast, ohne Mörtel, 135.
 Unzähl'ge Steine schicht' ich auf.

Christi etc. *Sparsit*, continuatur allegoria, *in attoniti* auctoris, quippe mirantis ex inopinato epistolam adm. R. P. G. ad se deferri, et fortasse omnium primam, *vultum*, refertur ad priora, *cannaque fluente faustum precatus annuit*, repetitio et explicatio prioris sententiae. Lusit iterum auctor in voce *canna*: namque hac se fluvii vestiunt, cum nihilominus per cannam intellegere possis calamum scriptorium; propterea additur *fluente*, scilicet atramento. Item literas datas fuisse colligas Kal. Ianuariis, novo anno, ubi felicem annum precari scripto verboque consuevimus. *Humida per certos diffundens verba canales*. Cum fluvii introducuntur loquentes, non continuo communi siccorum hominum more introducendi sunt, respiciendum ad indolem, illique accommodanda est fictio sermonis, ergo *humida verba*, non qualiacumque, deinde *diffundens*, et *per canales*, sicut per hos et aqua decurrit; item *immurmuravit auribus*; nam et murmur aquarum est proprium. Vid. Templum Honori Ferdinando III. apertum¹⁵), ubi auctor Rheni et Danubii tripudia, fabulationes, saltus flumineis caeremoniis ac ritibus, flumineo more fuse exprimit. Quo decori servandi artificio mire excelluisse Ovidium videmus in libris *Metamorph.*, sive homines describat in arbores et feras sive in aves et amnes versos. De Actaeone, cui sub pelle cervina hominis mens manserat, quam festive:

— — — — gemit ille, sonumque
 Etsi non hominis, quem non tamen edere possit
 Cervus, habet.

Quid? quod reapse in ipsis spiritibus et umbris, sicubi apparent, notatur aliquid insolens et a commercio nostri orbis alienum, tametsi articulata verba formant, subfuscatur anhelitus; audias asthmaticum, et flatum non quidem venti, sed nec vivi hominis sane, quomodo nocturnae pecudes et aves clamore, gemitu, singultu a diurnis plurimum distare cognoscuntur. Naturae imitatrix poesis est, si flumini usum loquendi attribuit, naturae fluminis

- Quid iunxisse iuvat, si, quantum educo sub auras,
Iovis satelles deicit?
Advolat et rostro silices partitus adunco
140. In exstruentem militat.
Infrendens accessit anus, cui lumen ademptum
Et sicca pendent ubera.
Hanc comitabatur Centaurus, arundine nixus
Circaque me fabas serens.
145. Anguibus et patulo stridebat femina rictu,
Nihil locutus semifer.

attemperat. *Summa fuit*, epistolae Mutianae, *propere* aedificare, scribere. *Sine arena et calce trecenta festino saxa iungere*. Nulla mora, auctor obsecutus farraginem pro bello Bohemico collegit, sed non composuit (ob causas supra memoratas); ideo additum: *sine arena et calce*, quasi diceret: rhapsodiam tumultuariam digerendam exornandamque, quando factorum indulgentia intractabilem cerussam et sane cuivis scriptori odiosam submoverit. *Trecenta saxa*, numerus tricentesimus apud Horat. numerus certus pro incerto.

Ad 137—140. Propiora quaedam et communia omni historico, sed vitanda partim, partim contemnenda attingit auctor. Vitia vitanda sunt vaniloquentia, adulatio silentium pravum sive ignava timiditas; contemnenda invidia, calumnia, metus offensae etc. Ista quodammodo scenice repraesentantur; metus offensae primum: *Quid iunxisse iuvat?* syllabas, verba, sententias. *Si, quantum educo sub auras*, in aedificio historico, *Iovis satelles*, aquila Caesarea, Austriaca domus, *deicit*. Deiciet autem; veritas enim vel Austriacum vel Bavarum offendet; v. g. iactura Brisaci a Duce Vinmario expugnati inspectante Caesareo Bavaricoque exercitu cui attribuetur? et similia plura. *Advolat*, aquila; *et silices*, coagmentata verba, *rostro partitus adunco* lacerans convellensque. *In exstruentem militat*, auctori contraria est, obsistit scribenti, quo casu, ne Societas damnum capiat, partus liber supprimitur.

Ad 141—142. Descriptio calumniae, molestae scriptorum pedissequae. *Anus*, vetus malum et ad rixas aniles pronum. *Cui lumen ademptum*, caecum, omne vitium, sed hoc tenebrosissimum. Momus et calumniator oculatus in alienis erroribus pervidendis, caecus in suis, foris lynx, domi talpa. *Sicca pen-*

Aber was frommt es, zu bau'n, wenn des Jupiter Adler mir alles,
Was ich errichte, niederstürzt!
Siehe, da rauscht er herab, auseinander reisst er die Steine
Mit hack'gem Schnabel und stört mein Werk. 140.
Kreischend nahte da auch eine alte, blinde Megäre,
Der schlaff der Busen niederhing;
Mit ihr kam ein Centaur, gestützt auf die Staupe von Schilfrohr,
Und säte Bohnen um mich her.
Schüttelnd ihr Schlangenhaar knirschte das Weib, aufreissend den Rachen. 145.
Nichts sprach der borstige Centaur.

dent ubera, quod probum femineum est, quomodo furiae pinguntur. Vid. invidiae et famis descriptiones apud Ovid.

Ad 143—152. Quomodo propheta Daniel c. 7. mirabilia animalia describit in somnio visa, bestias grandes ascendentes de mari, leaenam ac pardum cum aliis, ursum et tres ordines dentium in ore eius etc., describit hic auctor monstrum somnianti obiectum, centaurum scilicet se ipsum frenantem, anteriore et erecta parte hominem, posteriore, calcitrante, bisulea, equum. Apud Danielelem ideo pardus alas habet, ut cum saevitia bestiae celeritas quoque indicetur, pariter plura vitia in hoc biforme monstrum coniecit auctor, etiam primo aspectu contraria: puta, vaniloquentia, reticentia, adulatio potissimum, quae instar centauri laudatum humano ore demulcet et equino calce ferit, eadem blanda ac saeva. Per centaurum ergo scriptorem intellegas adulantem, reticentem, vaniloquum. Quid autem pronius, quam viventi censuroque sua cum formidoloso supercilio historiam obtrudere, in qua adulatio primas agat, vaniloquentia figmenta plausibili fama promat, reticentia veros defectus verasque causas tot sinistrorum eventuum occultet. *Hanc*, calumniam, *comitabatur centaurus*, monstrum istud conflatum, *arundine nixus*, fragili scripto nec laturo aetatem aut secum famae pondus tracturo. *Circaque me fabas serens*, cibum Pythagorae silentiarii, factis potius quam verbis indicans, quid faciendum, nimirum non omnia vulganda esse: Pythagoraeum silentium non allatrari elapso seculo post fata patrantium patratam famam primum emergere. Nota: sicut ex infra sequentibus apparebit, Sigaenum numen, Sigalionem, Harpocratem, Pythagoram per eiusdem philosophi μεταμύχωση, quoad animas in centauro poni, silentiarios omnes. Multa lector expectabit ab huius aevi historico, sed nimirum silentio transmittentur, quamdiu rerum po-

- Sese ipsum frenabat eques, madidamque saliva
Versabat ore laminam.
Atque ut idem facerem, visus voluisse lupato
Os et meum substringere.
150. Restitit iniecitque moram tenuitque moventem
Imposta saxa machinae.
Ast ego silvicolam simulatum in tempus adacto
Exesse iussi malleo.
155. Fugit in Aegyptum subterque Serapidis aram
Se vulneratus abdidit.

tentes famae suae morosius invigilant, non tamen decepturi posteritatem, pullulabit veritas vel ex mortui papaveris radice, frustra iniciuntur frena scriptoribus, frustra conducimus servitia aulica, frustra ad scriptorem religiosi legibus vinctum transfugimus tamquam iuratum mancipium; veritatem si tacebunt homines, olim clamabunt saxa. Est enim Verg. l. 6. Aen.

Excisum Euboicae latus ingens rupis in antrum;

Quo lati ducunt aditus centum, ostia centum,

Unde ruunt totidem voces, responsa Sibyllae.

Lato ore tubarum palpanda manibus facta vulgabuntur; per centum ostia sonitus veritatis erumpet. *Anguibus et patulo strid. fem. rictu* calumnia. Furiae serpentibus sua peragunt apud Ovid., Verg., Claud.; hinc

.... tortumque incingitur anguem.

Item

Illa ubi caeruleo vestes contextuit angue.

Ergo calumnia sola vim posuit in stridore, sibilis apertisque conviciis, non item centaurus, monstrum tot animarum capax, quot Vergilianus Herilus; silebat et silendo sui animi sensa indicabat. Unde *nihil locutus semifer*, parsimonia verborum apud Pythagoricos pretiosa, sed non apud historicos. *Sese ipsum frenabat eques*; quasi diceret: imitare, nolis absque lupato in historico huius seculi campo circumagere liberum et subsultans corpus. Ipse Famianus Strada¹⁶⁾, numquid post manes et de manibus primum scripsit? et in secunda decade cautius, quam prima? scilicet calamum locaret principi, vitae suae censori futuro! Itaque aut frenum accipe aut desine. Apte haec auctor in centauri spectro expressit sese ipsum frenantis. Poetae enim eo prorsus modo illos introducunt, Statius in Achill. de Chirone: *Erecto prospectat equo*. Se ipsum erexerat. *Madidamque saliva versabat ore la-*

Sondern er zügelt sich selbst; ein Rossgebiss, speichelbeschäumt,
 Schob er im Maule hin und her.
 Dass auch ich mich versäum', einzwängen wollt' er, so schien's mir,
 Auch meinem Munde das Gebiss. 150.
 Und er stört' mich und hemmt' mich, hielt fest mich, als ich die Winde,
 Die steinbelad'ne, aufwärts zog.
 Aber ich traf mit dem Hammer dem tückischen Wäldler die Schläfe;
 Sich fortzutrollen zwang ich ihn.
 Nach Ägypten entfloh er, und unter Serapis' Altare 155.
 Verwundet duckt' er sehen sich hin.

minam, frenum. Stat sonipes, et frena ferox spumantia mandit.
 Notum ex Vergil. Sed cur se frenavit, cur lupatos momordit? Ex
 sequentibus colligas. *Atque, ut idem facerem,* morderem frenos
 intra capistrum Electoralis obedientiae, res orbi notas ad prin-
 cipis lubentiam illustrarem vel obscurarem, attollerem vel depri-
 merem. *Visus voluisse lupato et os meum substringere,*
 ori meo frenum inicere, de quo S. Iacobus in epist. Canon. *si quis*
autem putat se religiosum esse, non refræuens linguam suam etc.
 Item: *si autem equis frena in ora mittimus. Restitit,* auctori
 libere, quod res est, scripturo. *Iniecitque moram* metu offen-
 dendorum principum in Germania. *Tenuitque moventem im-*
posta saxa machinae, alludit ad supra dicta de saxis histo-
 rico aedificio inserendis. *Imposta* per syncopen dicitur, vox
 Vergiliana.

Ad 153—156. Supra dixerat centaurum in biformi corpore
 omnis generis historica vitia conclusisse, praesertim autem reticen-
 tiam, quam maxime et auctor oderat et lectores in quocumque
 scriptore culpant. Itaque istum Harpocratem in centaureo corpore
 noxia suadentem non tulit. *Silvicolam,* quo nomine poetae cen-
 taurum vocant sive Harpocratem personatum, *in tempus adacto*
exesse iussi malleo; fugavi, neque passus sum mihi libertatem
 scribendi adimi. *Fugit in Aegyptum* etc. Harpocrates in Ae-
 gypto divino moro cultus, ut regnum illud omnium deorum capax
 et ferax fuit. In Isidis enim ac Serapidis templo simulacrum
 erat, quod digito labiis impresso silentium indicare videbatur;
 Graeci Harpocratem fuisse prodiderunt. Quicumque tandem fuerit,
 deus pravi silentii ac fallacis odiosaeque reticentiae, ab auctore
 pulsus, in Aegyptum, unde venerat, rediit; propterea sequitur,
subterque Serapidis aram se vulneratus abdidit, quasi
 de ignominia conquesturus.

- At non fugit anus squalentibus horrida mammis
 In me retorto lumine.
 'Ecquid,' ait, 'speras in caelum hoc tollere culmen?
 160. An fascinat Semiramis?
 Flamma prius pelago miscebitur altaque curvo
 Sulcabis astra vomere;
 Omnibus obsistam contra tua viribus ausa;
 Sic me sorores inuervint.
 165. Ter moles erecta, ter atro fulmine tacta,
 Ad ima rursus corruet'.
 Dixit et obscuro fumantem sulphure taedam
 Coniecit in mortarium
 Serpit in ossa tremor; video volitare favillas,
 170. Fragilesque muros hiscere.
 Pergo tamen; verum quoties destructa repono
 (Ut monstra semet implicant!),

Ad 157—166. Centauro abacto, larvato Harpocrate Silentio pluribus pergit auctor formidolosam calumniae pertinaciam depingere, eo sane metuendam magis scriptori, quod reticere aliqua vel non in nostra sit potestate, obloqui et obtrectare in aliena. Quod de Lucifero Ovid. ait cogente agmina stellarum, qui

Propterea caeli statione novissimus exit,
 de Momo dici potest; omnium novissimus a scriptore domatur, ultimus abit e vitiorum choro. *At non fugit anus*, calumnia, de qua supra. *Squalentibus horrida mammis*, exsua. Supra dictum: *et sicca pendent ubera*. Vid. Horat. lib. Epod. Od. 8. in anum libidinosam. *In me retorto lumine*, livido, maligno; illo, quo licet, calumniator caecus aliena vitia pervidet, quantum non serpens Epidaurius. Quod enim paullo ante lumen ademptum fuisse dixerat, intellige sanae rationis, recti iudicii, sinceræ censuræ. *Ecquid, ait, speras in caelum hoc tollere culmen?* Historiam absolvere a quinque viris desperatam! *An fascinat Semiramis?* quasi dicat: quia femina aliquando muros (Babyloniōs) in caelum paene eduxit, idem tu audebis? *Semiramis* fuit regina Assyriorum, regis Nini uxor. *Flamma prius pelago miscebitur* etc. Modus loquendi poeticus, quo ἀδύνατον exprimimus. Sic Ovid.

Terra feret stellas, caelum findetur aratro,

Unda dabit flammās et dabit ignis aquas.

Id est, numquam fiet; numquam huius temporis historiam conscripseris; obstant plurima: metus offensae, auctoritas imperantium

Aber nicht floh das schreckliche Weib mit den schmutzigen Brüsten;
 Auf mich das blöde Aug' gekehrt,
 Höhnste sie: „Denkst du im Ernst den Bau da gen Himmel zu führen?
 Semiramis behext dich wohl? 160.
 Eher wird brennen die Flamme im Meer, und die hohen Gestirne
 Wirst du bebau'n mit krummem Pflug!
 All' meine Kraft setz' ich ein, dein Unterfangen zu hindern;
 Dazu, ihr Schwestern, helfet mir!
 Führst du auch dreimal es auf, dein Bauwerk — dreimal zerschmettert 165.
 Vom fahlen Blitzstrahl sinkt's in Schutt.“
 Sprach's und schleudert die Fackel, die dunkel qualmte von Schwefel,
 In meines Baues Fundament.
 Zittern beschleicht mein Gebein; ich sehe die Funken da fliegen,
 Wie Spielzeug stürzen die Mauern ein. 170.
 Dennoch fahre ich fort. Doch so oft das Zerstörte ich aufbau —
 Wie Wunder doch zu Wunder kommt! —

reticentiam, viventium ambitio. Ut nihil horum sit, *omnibus obsistam contra tua viribus ausa*, ego calumnia te circumveniam. *Sic me sorores iuverint*, invidia, maledicentia, ignorantia, criminandi libido etc. *Ter moles erecta, ter atro fulmine tacta, ad ima rursus corrueat*, historicum aedificium. Scribas describasve et tertium licet, abolebo et funditus destruam labores tuos. *Ter pro numero poetico ac consummato sumitur*. Sic Iuno apud Horat. lib. 3. od. 3.

Ter si resurgat murus aeneus
 Auctore Phoebō, ter pereat meis
 Excisus Argivis; ter uxor
 Capta virum puerosque ploret.

Ad 167—170. Facto minas probat calumnia, imaginarium ignem excitavit in exemplum terroris et ruinae secuturæ. *Obscuro fumantem sulphure taedam*, more furiarum. Claud. l. 1 in Ruf.

— — — ambusto flagrantis ab aggere ripae

Ingentem piceo succendit gurgite pinum.

Video volitare favillas, imaginarias, ex incendio aedificii, video volumen historicum suppressi, opprimi, in fumum citius quam lucem edi. *Fragilesque muros*, papyraceos, librum.

Ad 171—174. Nihilominus contra calumniam firmatur auctoris animus, sed et adversus reticentiam, illud secum volventis, fata toti negotio intercessura; censorium cadaver nullum dari, sicut censum; insuper esse habenda vulgi sibila. Itaque farraginem aliquam rerum comportavit; unde dixit: *Pergo tamen; verum*,

Pone puer risit stivamque impressit arenae
Et seminavit carduos.

175. Interea nives subvectus in aethera cygnus
Descripsit alis circulum.

quoties destructa repono, puta, rationibus datis, quare hoc illudve corrigi non oporteat. *Pone puer risit*. Ut iterum ἀδύνατον significet, puerum affingit somnianti apparuisse, postquam mulier et vir defecerant, docturum, inanem quereum executi, Eridis pomum scindi, Belidum dolium versari, tentari non audenda. *Risit*, qui S. Augustino de SS. Trinitate grandia molienti apparuit, totum oceanum in parvam scrobem derivare conabatur; pusio subridens auctorem irriti vanique laboris¹⁷⁾ commonuit. Sequitur enim *stivamque impressit arenae*, quasi diceret: hoc agis, quod ego: aras litora; *et seminavit carduos*, infrugifero labore, cum nec cardui, vilissimum germen, in arena crescant.

Ad 175—179. Allegorico aedificio, de quo haecenus, omisso aliam attingit auctor remoram historiae continuandae adversam: considerationem non omnino futilem, quam meditantem et in casus futuros expectato sollicitudo aliorum experientiam paventis subiecit. Atque haec est. Quid si, dum scribo, interim vita decedat adm. R. P. N. Generalis Mutius Vitellescus? quid, si Urb. VIII. summus Pont.? Quid, si Congregatio generalis habenda eademque, quemadmodum semper nova sanciantur, Pontifice quoque novo urgente, vetet suos politicis ac polemicis rebus describendis accommodare manum? ne, dum praesignium familiarum laeta atque tristia stylo committimus, alteram partem fovere, alteram damnare videamur. Numquid enim non hoc in defensione Ludovici Bavari elucet? Quanto etiam satius fuerit, religiosos viros missis profanis tumultibus ac curis sanctiora capessere, certe instituto et naturae magis consentanea, si sinatur, attemperaturae studia ad honestam iuxta iucundamque in ordine non alioqui facillimo occupationem, tantum abest, ut ad tormentum, quo sane principes iurata sibi mancipia torquere possunt, viros uxoratos, qui, nisi cum coniuge et liberis perire velint, per molas quoque asinarias tracti pro insanis laboribus gratias agunt, cumque ultimum vitae halitum et animum debeant (volenti fatentique nulla fit iniuria) etiam anima persolvunt, occumbunt in obsequio. Non eadem mens omnibus. Reperias et religiosos, aulae visco captos, sed pauciores; et si officium penses, nulli otio hiscentes in nego-

Immer hinter mir lachte ein Knab', er pflügte im Sande
Und streute Distelsaat hinein.

Aber ein Schwan mit schneeigen Schwingen, zum Äther hinstauernd, 175.
Zog seine Kreise um mein Haupt.

tiosissimae auctoritatis pompa; quando carnis prudentia et spiritus ignavia in unum idemque punctum fluunt, discum dicere debueram. At enim hominum genii discrepant: navigant alii; alii navigantes libentius e portu spectant; hos placida, illos inquietas vita delectat, de quo themate vide in auctoris Silv. l. 8. oden integram XVII. ad Lucam Crasium. Auctori mansuetiores Musae semper placuerunt interque has poesis, quam tamen etiam, si honestam delectationem sequestres, oderit; universim, liberales artes, si serviliter habeantur, humo non magis sustollat quam menstruatam codicem. Quis igitur furor fuit immittentium hominem in pistrinum aulicum nec famelico Plauto subeundum! Non X vasta volumina comprehendendis rebus huius temporis ad iustam narrationem suffecerint. Ea scilicet tanti erunt, ut macer et vix ossibus haerens, certe medioeri tantum valetudine praeditus, anxie spiritum libret seque totum relictam naturali propensione in gratiis unius principis impendat nunquam agniti laborem, fortassis etiam damnatur. Quid autem est scriptor referens acta censoris sui, quam servus horarum et vespillo sanctae veritatis? Quid Brunnerus magno animi corporisque conatu et tot annorum elucubrationibus in hac aula quam sumptuosum 'Displicere' mercatus est? Haec et similia horum considerans auctor, postquam tradita Expeditione Donawerdana anno 42 experimentum despoticae censurae ceperat, cautior factus et suarum rerum satagens, destinaverat novissima expectare; quaeque usque ad finem poematis recenset, divinando sane pleraque assecutus, quae futura, tamquam iam facta, more vatum posuit; puta: Generalem mortuum, Congregationem generalem habitam, novum Pontificem electum, novum Generalem electum istumque secularibus curis et profanis principum negotiis non impensissime faventem. Narrat item, quomodo oblata laurus ad poesin non deserendam allexerit, oblata cupressus admonuerit mortalitatis. Introducit ad ultimum etiam Virginem sibi apparentem, quam sive musam aliquam, sive Societatem Iesu non sine vaticiniis instruente describit. *Interea niveis subvectus in aethera cygnus Descripsit alis circum-* *culum*, mors adm. R. P. Generalis Mutii Vitellesci 9. Febr. an. 1645

Ter dederat per colla modos, ter in aere plaussit
Quinos secutus obvios.
Conveniunt phoenix aviumque exercitus ingens,
180. Ternaecque semper provolant.
Ex his una meis humeris insidere visa
(Fuit palumbo concolor)

aetatis an. 82. Romae pientissime in domino defuncti. *Cygnum* vocat propter canam aetatem candoremque animi. Notum illud ex Ovid.:

Sic ubi fata vocant, udis abiectus in herbis
Ad vada Maeandri concinit albus olor.
Vid. lib. 2. Lyric. Od. ult., in qua auctor R. P. Kellerum quoque cygnum vocavit:

Qui niveus canis ac toto vertice cygnus,
Orantis quoque gutture sedit.
Uterque etiam cygnus dici meritis ob suavitatem morum; laetitia, innocentia et si non canendi peritia, audiendi voluptas olorem spirabant. *Descripsit alis circulum* gestientis in morem, quod anima corporeis vinculis exsoluta evolveret. Veteres bona omnia plaudentibus cygnis indicarunt. Apud Verg. I. Aen. Venus harum avium cantu erexit Aeneam in spem receptae classis:
Ni frustra augurium vani docuere parentes,
Aspice bis senos lactantes agmine cygnos.

Ter dederat per colla modos. Sancti viventes gemunt, morituri canunt. De ternario poetarum numero vid. supra. *Quinos secutus obvios*, quinque generales Ordinis antecessores suos in occursum euntes: D. Ignatium, Iac. Laynesium, B. Franc. Borgiam, Eberhardum Mercurianum, Claud. Aquavivam.

Ad 179—180. Congregatio generalis Romae habita anno 46. hic per aves indicata. *Conveniunt phoenix*, intelleges per phoenicem vel vicarium Societatis Carolum Sangrium vel electum generalem Vincentium Caraffam, Mutii successorem; *Aviumque exercitus ingens*, ceteri patres ex tota Societate conscripti. *Ternaecque semper provolant*, id est, ex quavis provincia tres patres designati, qui Romam pergerent. Ex provincia super. Germ. fuerunt isti: R. P. Nicasius Widmann, provincialis, socii R. P. Laurentius Forer et R. P. Henricus Lamparder. Quaeres, qua certitudine praesciverit auctor tantum tres

Dreimal erklang seine Weise, und dreimal rauschte sein Fittig;

Dann folgt' er still fünf andern nach.

Und es kommen herbei der Phönix und zahllose Vögel;

Je drei und drei stets fliegen vor.

180.

Einer von ihnen senkte sich mir auf die Schulter, so träumt' ich —

An Farbe gleich der Taube er —

fore Romam ituros, cum constitutiones quinque admittant. Respondeo, auctorem nulla praescivisse, sed hunc numerum animi augurio ducente coniectasse, uti et multa alia in hoc somnio; quomodo etiam in praesagium Pamphylii Cardinalis postea Pontificis Opt. Max. pervenisse existimo, fortasse indagantem sive audientem recenseri pontificum seqq. insignia.

Ad 181—184. Explicatio priorum. *Ex his*, avibus Romae (patribus) congregatis, *humeris meis insidere visa*, quomodo aves praesagae solent. *Fuit palumbo concolor* similis columbae in insignibus Pamphylii Card. nunc Innocentii X. videndae. Notum est et hunc palumbum multitudini volucrum Romam tendentium se immiscuisse, volo dicere: Pontificem seu eius loco Cardinalem pontificia decreta perferentem congregationi generali intervenisse, addita commonitione de politicis principum negotiis fugiendis, quam postea cordi habuit adm. R. P. Generalis Vinc. Caraffa habetque nunc totius Societ. nomine; intellecto enim, quod argumentum Elector conscribendum urgeret, in literis anno 1648 28. Mart. ad auctorem datis haec quoque inseruit: *Video satis periculosae opus plenum esse aleae, et si integrum nobis esset, mallet a tabula subduci manum.* Eodem anno 26. Dec., audito post tremendam pacem Monasterii in Westphalia sancitam auctorem manumissum esse, rescripsit his verbis: *Bene se habet, quod V. R. liberata sit opere periculosae pleno aleae. Erit iam solutior ad alia magis consentanea etc. Deposuit folium lauri*, quaecunque tandem avis ista (nam Pamphyliana columba alias ramusculum olivae gerit) visa est auctori, tanquam vati habito, laurum offerre, quasi ad poesin prosequendam adhortaretur; *foliumque cupressi*, sed et mortis commonere, quam feralis arbor cupressus significat. Sic Horat.

Linquenda tellus et domus et placens

Uxor, neque harum, quas colis, arborum

Te praeter invisas cupressos

Ulla brevem dominum sequetur.

Deposuit folium lauri foliumque cupressi.

In his aratae literae:

185. 'Linque sagum Marti falcemque arcumque Gelono
Et picta Medis cingula;
Quamque togam gestas, palmis inflectere noli;
Nefas bibisse ex casside.
Hinc refer ad stantem prope te tua lumina Divam
190. Solis loquentem nutibus.'

Lucanus:

Et non plebeias mortes testata cupressus.

Sensus ergo, ut ex seqq. colligitur, versus iste est: Quid relictæ poesi certaque eius gloria te historiae incertis eventibus permittas? Prius quam typo aliquid periculosae scriptionis tradideris, tibi mors obrepet, vita brevis est. Age quod agis: quæ sub manibus habes, meritura famam evulga; alios conatus fata secabunt. Et vero auctor, non inani praesagitione, anno 44, hoc est, uno duntaxat post edita poemata sua, Lyrica et Silvas, ad extremam lineam pervenerat, iam desperatus et conclamatus. Vid. in 8. libr. Silv. descriptionem morbi, utque convaluerit, ode eius lib. prima ad Mart. Sibenium. *In his aratae literae.* In foliis scilicet utriusque rami, laurei et cupressini. Alludit ad Sibyllae Cumanæ carmina et oracula, quæ plerumque foliis inscribebantur; hinc Iuven.

Credite me vobis folium recitare Sibyllae.

Caerimoniam tamen istam apud Verg. 6. Aen. Aeneas deprecatus est, vivæ vocis oracula praeferens:

— — — — tantum foliis ne carmina manda
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

Ad 185—190. Ista foliis sententiae inscriptae erant. *Linque sagum Marti.* Tu qui religiosae sorti transcriptus es, profana arma et militares vestes relinque Marti eiusque asseclis, quemadmodum dicimus: tractent fabrilis fabri, navalia nautae; quid ad te? *Falcemque arcumque Gelono*, quasi diceret: Scythae et Thraeces pugnent; tu cane. Sic Laodamia Protesilao suo apud Ovid.:

Arma gerant alii: Protesilaus amet.

De Scytharum armis habes ex Stat. Achill. lib. 2.

— — — — falcemque Getes, arcumque Gelonus.

Et picta Medis cingula. Idem sensus. De cingulis Medorum

Legte ein Blatt des Lorbeers darauf und ein Blatt der Cypresse,
 Und diese Worte standen da:
 „Lass' du die Rüstung dem Mars, den Gelonen Sichel und Bogen, 185.
 Den Medern den gestickten Gurt.
 Tausche das Friedensgewand, das du trägst, nicht mit krieg'rischen Palmen;
 Du darfst nicht trinken aus dem Helm.
 Wieder erhebe dein Auge zur Göttlichen dort dir zur Seite,
 Die nur in holden Zeichen spricht.“ 190.

picturatis passim Claud. *Quamque togam gestas*, habitum religiosum, pacis signum, *palmis inflectere noli*, triumphalibus belli signis; alludit ad togas palmatas victoribus mitti solitas. *Nefas bibisse ex casside*. Modus loquendi Pythagoricus per symbola: v. g. ignem ne fode gladio, caelo tonante terram tange, nihil, quod nigram caudam habet, comede etc. De his symbolis, quomodo explicentur, vid. auct. lib. 3. Lyr. Od. X. Ita pariter symbolice dicitur, *nefas bibisse ex casside*, id est, sanguinem s̄tire, proeliari, arma spirare; non decet sacerdotem mane ex sacro calice bibere, postea ex galea militari cruentas historias profunderere, in aciebus ordinandis versari. *Et refer ad stantem prope te tua lumina Divam*. Possis Societatem Jesu intellegere, auctori eo modo apparentem, quo D. Augustinum continentia transeursu visa perstrinxit. Longe commodius intellexeris inter novem Musas unam, Thalam nomine. Nam et alias saepe illam secum dialogizantem introducit, ut in prolusionibus ante Drama Oscum. Vid. etiam lib. 9. Silv. primam et tertiam oden. *Solis loquentem nutibus*. Conveniebat somnianti figuras tantum obicere. Sic Morpheus apud Ovid. XI. Met. significaturus Halcyonae mortem mariti sui Ceycis, primo hanc per signa ostendit in somno:

positis e corpore pennis
 In faciem Ceycis abit, sumptaque figura
 Luridus, exanimi similis, sine vestibis ullis,
 Coniugis ante torum miserae stetit, uda videtur
 Barba viri, etc.

Ideo quoque Thalia solis nutibus loquebatur, quia, quae nosse auctorem volebat, supra iam in foliis erant scripta et paullo infra in pulvere scriptura erat. An isto artificio etiam silentium auctori commendavit, ne ante tempus mysteria, non sine noxa et damno vulgantis, emanarent? Quando enim illi, qui inter Iovis fulmina metum principis ponunt, permissuri erant auctoris poemata prodire

*

Quae mox insignem per mille coloribus arcum
Descendit instar sideris.
Irriguum stat fronte iubar, lux nigra comarum,
Perfudit extremas crocus.

195. Iuniperi ramum florentem dextra gerebat
Crucemque laeva cedrinam.

in lucem, somnio hoc intellecto, historiae cursu etiam neglecto,
certe per poetica studia retardato! Quod auctor lib. 9 Silv. od.
29. [34] non dissimulat, his versibus:

Interim soles rapidoque Lunae
Essedo fallunt celeres poetam.
Musa scribendis mihi fixa bellis
Tempora carpit.

Quo minus coeptos peragam triumphos,
Obstat assultans; lepidisque captum
Semper inventis animum lacessit,
Aspera sisti.

Quid, quod inculcet Venusina famam?
Quid, quod illudat malesuada donis?
Quid, quod absentes vetita sodales
Fraude subornet?

Cantet, hortantur; residemque damnant etc.

Denique illam oden auctor sic claudit:

Redde vulgarem calamum, Thalia:
Redde surreptam digitis Sibeni
Per Bohemorum metuenda pennam
Castra volentem.

Ad 191—192. *Quae, Thalia, mox insignem per mille
coloribus arcum, Iridem. Descendit instar sideris, deae
blandam lucem profundentis. Sic alicubi Claud. lib. 1. de Rap.
Proserp. de Pallade*

— — divino semita gressu
Claruit.

Idem de Iustitia Theodoro Mallio apparente in eius Consul.

Ut procul aspexit fulgentia virginis ora
Cognovitque deam.

Durch den Bogen alsbald, der tausendfach funkelt in Farben,
Hernieder schwebt sie sternengleich.
Taufrisch leuchtet die Stirn; die schwarzen Haare erglänzen,
Und Crocus flutet drüber hin.
In der Rechten hielt sie den blühenden Zweig von Wachholder, 195.
Ein Cedernkreuz die Linke trug.

Per Iridem autem, Musam inter sorores tertiam, delabi finxit auctor expressurus Thaliae nomini convenientem formam; θάλλειν enim florere, germinare, vivere significat. Atqui Iride colorata nihil floridius est.

Ad 193—196. Descriptio Thaliae, non utique ethnicae, de qua proverbium:

Comica lascivo gaudet sermone Thalia,

sed Christianae et virgineum Heliconem incolentis. Musas nos colimus severiores. Unde et crucem illi cum caelesti quadam specie attribuit. *Irriguum stat fronte iubar*, quasi ex fronte emanans, ideoque irriguum vocat, adeoque perenne lumen, quale pietae puellarum facies non profundunt. Poetae nomina *liquidi*, *madidi*, *undosi*, *nimbi* etc. transferunt familiari tropo ad vim luminis aut radiati crinis exprimendam; quemadmodum Verg. de aureo clipeo:

Umbo vomit aureus ignes.

Sic de D. Michaelae circumfulgente auctor lib. 8. Silv. Od. X.

Jubarque tantum fundit, ut splendentium
Restagnet alarum nitor.

Sic et Sarbivius noster de Puero Jesu:

Stellae serenae illigantur crinibus
Puraque cirri luce cervicem *rigant*.

Ceterum haec scribendi voluptas ex Statii et Claudiani fontibus potissimum fluxit. *Lux nigra comarum*. Nigredo laudatur in capillamento puellarum, in ipso etiam Cantico Canticorum sponsus et sponsa hoc nomine laudantur. Nigredo autem spissa nitet; hinc *lux nigra comarum* dicitur. Nota poetas virginibus, qualem auctor Thalamiam describit, non facile alios crines dare, quam nigros; quia ruber infamis est, meretricius; hinc Juven.

— crinem rubrum abscondente galero;
Meretricis erat in cella sedentis.

Pulchra, sed elinguis, pro verbis signa sequuntur,
 Iam rosit unguem pollicis,
 Iam pressit labrum; modo missile iecit in auras,
 200. Qua Virgo Librae praesidet.
 Me modo detinuit quamvis obliqua tuentem
 In irreseco cespite.
 Cernua postremum digito haec in pulvere scripsit:

Ipseque prudentissimus Vergil. Aen. 4. Didoni ab Aeneae concubitu famosae non aliam comam afflinxit:

Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem
 Abstulerat Stygioque caput damnaverat Orco.

Perfudit extremas crocus. Crocus sumptus laetitiam creat. Inter Musas hilaris semper Thalia fuit habita. Extremam partem comarum fulsisse puta, sive aliquam duxisse flavedinem ab reverberato lumine. Nota item vocabulum *perfudit*, quod humentis naturae est; qualia itidem passim apud poetas floridos usurpantur, v. g. undat coma; profluus capillus; nimbi crinium etc. *Iuniperi ramum* etc. Cur hunc Thaliae suae assignet auctor, nondum capimus. An lauri supra mentio iam facta est, hic propterea non iteranda? an quia iuniperus eodem viriditatis privilegio perennat, quo laurus, maluit quasi asceticam Musam a profanorum poetarum decantata arbore, praesertim non pudica satis Francisci Petrarchae Lauro abstractam, sanctiori germine condecorare? cuius sub umbra magnum illum prophetam Eliam sedisse scimus. Neque enim auctor ad poetarum sarta respexerit. Insunt tamen iunipero egregiae dotes: cariem arcet, putredinem non admittit, olei benigni et medici medulla est, fragrat, pesti resistit et, si famae credimus, apud Orientis nationes non modo ante laurum, sed et balsamum est. *Crucemque laeva cedrinam*, Christianae virginis more, immortalitatis incorruptaeque vitae radicem, quae in cedro designatur. Arbor est Salomonis carminibus decantata.

Ad 197—202. *Pulchrâ, sed elinguis*, actu, non quod lingua careret. *Pro verbis signa sequuntur*, nempe: *iam rosit unguem pollicis, iam pressit labrum*: quod poetae faciunt, industrii et morosi artifices. Horat. Sat. 10:

— — — — et in versu faciendo
 Saepe caput scaberet, vivos et roderet ungues.

Schön, doch sprachlos war sie; nur Zeichen gab sie statt Worten,
Schon hob die Hand sie deutend auf;
Schon bewegt sie die Lippe: bald warf sie den Pfeil in die Lüfte,
Wo ob der Wag die Jungfrau thront, 200.
Bald hielt sanft sie mich fest, wie sehr ich seitwärts auch blicke,
Auf ungemähter Rasenflur.
Neigend sich, schrieb sie zuletzt in den Staub mit dem Finger die Worte:

Auctorem Musa monet, ut tempus, quod brevissimum otia faciunt divinitus concessa, elaborandis odis, maiorem aetatem quam ulla huius temporis historia hoc tempore scripta laturis, impendat. *Modo missile iecit in auras, qua virgo librae praesidet*, innuens affectus animi et suspiria caelum versus mittenda esse, atque in honorem Deiparae Virg. quaedam canenda, maioris ipsa Erigone, in caelesti Zodiaco Leonem et Libram temperantis, quod inventum allegorica oratione pluribus diducit et Marianis laudibus applicat Besseus Gallus, concionator regius¹⁸). *Me modo detinuit quamvis obliqua tuentem in irresecto cespite*. Poesi etiam germanica occupavit auctorem, quamvis non adeo morigerum; hinc dicit: *obliqua tuentem*, quo vultu inviti accipimus imperia. Cum enim populari plausu eius carmen vernaculum de Vanitate mundi passim extolleretur, suaserant multi, ut Agathyrsum quoque suum Germanis donaret¹⁹). Quod quintuplici paraphrasi abunde fecit, non sane laurum meritus rhythmum quasi pedestri in materna lingua, sed hoc effecturus, ne illi, qui ad Romani carminis dignitatem assurgere non valent, vernacula componendo rem maximam praestitisse viderentur; quando idem alius *in irresecto cespite*, hoc est, in argumento et canendi genere prius intentato auctor aliud agens, non infeliciter praestitisset.

Ad 203. *Cernua*, id est, inclinato corpore, vultu cernente terram, *in pulvere scripsit*, merito in pulvere, quia novissima, mortem in primis; Verg. in Eclogis dicit:

Nec sum adeo turpis: nuper me in litore vidi.

Ad huius imitationem de valetudine sua aliquando interrogatus auctor respondit:

Non sum adeo fortis: nuper me in pulvere vidi.

In pulvere scripsit Thalia fati admonens: an cum scriptore, et de quo scribere debuerat, omnia in pulvere redigenda! Si annus

- ‘Cassi laboris desine.
 205. Anseribus vulpes, crocodilo ichneumona iungis
 Aproque tendis retia.
 Sub tellure latet speculum; sapientis illud
 (Immitte marras) erues.
 Iam tuus ille leo, calamo quem mensus eras, se
 210. Toto explicavit corpore.’
 Sic erat; extensum repperi, iuba nexuit agnum,
 Maduere circum marmora,
 Et lacrimis pardi, lacrimis maduere triones;
 Flevere silvae et litora.
 215. Ipse ego non humili maestus terrore per agros
 Discurro more Thyadum,
 Ne videam videarve, iratus denique vano
 Aedilitatis nomini.

XX in theatro occurreret anno XLIX, nonne mutato habitu dicere posset cum Flacco?

Pulvis et umbra sumus.

Ad 204—208. Ista in pulvere scripta sibi visus est somnians legere: *Cassi laboris desine*, cessa. Hellenismus; Graeci verba desinendi Genitivo iungunt. Horat: *Desine tristium tandem querelarum*. Desiste a casso et vano labore, frustra te crucias; per te Ludovicus Bavarus nec altius nec sanctius eriget caput, in tui gratiam pontificiae sedi nihil derogabitur. Cetera quoque materia non fiet magis inclita. Quod celebre habetur, Excubiae Brunnerianae iam prodiderunt, ipsomet testante aliam aquam ex pumicibus non extuderis. Iam vero historia huius aevi in medio adhuc cursu est; nondum maturuit; immensos quidem proventus scriptoribus spondet, sed seri carpent ea poma nepotes. Quis unquam messem in herba succidit? Non vides quotannis nova monstra consurgere? Veritatem et prodigiosa consilia intra septa teneri? Itaque quantumcunque nitaris satisfacere officio tuo, *anseribus vulpes, crocodilo ichneumona iungis*, contraria; modus loquendi, sicut dicimus, aquam flammis misces, actum agis sanciendo amicitiam inter anseres et vulpem, crocodilum et ichneumona. Ichneumon animal est magnitudine felis, infestum crocodilo, quem erosio visceribus interficit. *Aproque tendis retia*, intellege volatica. *Sub tellure latet speculum*, calva, proponit memoriam mortis. *Sapientius istud erues*. In speculo hoc longe satius fuerit tua et Principis tui fata considerare, tua, ut convases, Principis, ut intellegas ab exequiis primum historico aliquid

„Gib die verlorn'e Arbeit auf!
Gänsen gesellst du den Fuchs, dem Krokodil das Ichneumon, 205.
Dem Eber stellst du Netze aus.
Unter der Erde hier ruht ein Spiegel; so handle denn weise:
Ihm grabe nach und hol' ihn dir!
Furchtbar hat sich gestreckt mit ganzem Körper der Löwe,
Den einst dein Stift gemessen hat.“ 210.
Traun, so fand ich ihn auch; er verstrickte ein Lamm mit der Mähne;
Betränt war rings der Marmorstein.
Nass von Tränen waren die Panther, nass die Trionen,
Und Wald und Flur war tränennass.
Und ich selber durchirrt', von grossem Schrecken bekümmert, 215.
Die Felder, den Thyaden gleich,
Nichts mehr zu seh'n, noch gesehen zu werden! Und zürnend verschmäht' ich
Den eitlen Höflingstitel nun.

licere; tunc calamum sumendum esse, cum censurae venia datur et, qui iacet, indignari non potest. *Immitte marras*, sarcula, ligones; marra instrumentum fossorium est.

Ad 209—210. Verba adhuc loquentis Musae sunt, sed interpretari supersedemus. Qui legit, intellegat; quemadmodum et sequentia. Vid. Iuvenal. Satir. 10. de Antilocho et Mario.

Ad 211—214. Quae explicare nunc opus non est. Omnia tempus habent.

Ad 215—217 (priorem p.). Digreditur auctor a funere ad se, communi luctui patriae subserviens. At enim, quia magna fata sive magnatum obitus magnas quoque inclinationes animorum faciunt, magnas rerum mutationes secum trahunt, ut si quae historia de vivo scripta sit, post mortem non amplius curetur, iuxta illud Vergilii 4. Aen.

Scilicet hoc manes credis curare sepultos!

Ad 217 (alt. p.)—221 (priorem p.) Hic somnii exitus ac finis. Indignatus auctor totamque molitionem huius historiae una cum aedilibus, consiliariis et coactoribus tantum non execratus, ut qui onera imponant aliis, quae ipsi nec digito moverint. *Iuxta quinque viros*, Welserum, Raderum, Brunnerum, Burgundium, Bisselium, de quibus supra; *illa tellure iacentes*, iuxta leonem, *mihi sepulcrum molior*, quippe sexto funeri. Sex igitur iam viros peremit ista Sara. Quamquam quomodo sextus vir fuit huius Sarae, quam ante mortem soceri ducere non destinaverat. Poterat de illa dici, quod (salva veneratione S. Script.)

- Iuxta quinque viros illa tellure iacentes
 220. Mihi sepulcrum molior.
 Unaque evigilo. Quae sum ludibria passus!
 In quas chimaeras incidi!
 Credebam in manibus durum me ferre ligonem,
 Eratque penna candida.
 225. Chaldaei Phariique magos habuere sagaces
 Interpretari somnia.
 Quis vati vates erit, et mea pandet Apollo
 Tot impedita nexibus?
 Si quae pondus habent, anne haec quoque pondus habebunt?
 230. Permitto fatis omnia
 Soli meque Deo; fiat, quodcumque futurum est.
 Votum sit hoc, non somnium.

de Samaritana femina dictum fuit, Io. 4: *Quinque viros habuisti, et nunc, quem habes, non est tuus vir.* Quid ergo? hospes addictus, cui haec Samaritana non quidem hydriam, sed, quod optabilius fuit, octennio oenophorum apposuerat; Germani vocant ein pfaffenfellerin²⁰). Si septimo parsura est, contra genium et consuetudinem suam fecerit. Quis tandem ille superis atque hominibus dilectus Tobias proditurus sit, cum quo gloriosum aevum exigit tam nobilis Sara, tam in oscula et amplexus, si Diis placet, expetibilis historia, tempus aperiet. Praemissi scilicet sex illa non erant digni; septimus conabitur sponsae suae impensius placere. Sponsa egregio ingenii partu virum beatura pulchra faciet prole parentem. Optamus, ut ius trium liberorum (librorum) acquirat; qui cum Gemellis Famiani Stradae eodem gratiae famaeque suco et lacte nutriti ludant atque feliciter adolescant; dummodo haec tria interim discat amare, irasci, somniare. Quae quid nominis sint, equidem scire; quid rei, experientia numquam adhuc se probasse,* successor auctori aliquando ingenue confessus est. Sed enim amanda nunc est uxor; alioquin in morosum maritum sexta satira Iuvenalis tota, quanta est, exonerabitur. Iram quoque numquam subsaltaturam, uxorias lites numquam orituras vix credibile est. Oraculum me terret:

* Auctori succedere debuerat P. Albertus Curz, qui post aliquot mensium luctam cum agonalibus se subduxisset, succedere iussus est P. Philippus Hettinger. (Anmerkung Baldes am Rande.)

Jenen fünf Männern zur Seit', die auf der Erde dort ruhten,
Erbau' auch ich ein Grabmal mir. 220.

Auf da fuhr ich vom Schlaf... Welch Blendwerk musst' ich erschauen,
Welch Unerhörtes sah ich doch!

In den Händen glaubt' ich die schwere Hacke zu schwingen —
Und sieh', die leichte Feder war's.

Magier dienten Chaldäern und Phariern, weise zu deuten, 225.
Was sie geschaut im Spiele des Traums:

Wer ist Deuter dem Dichter? Wird mir ein Apollo entschleiern
Dies vielverschlungne Wirrsal all?

Haben Träume Gewicht, wird dieser Bedeutung auch haben? 230.
Das all befehl' ich dem Geschick

Und mich selber dem Herrn allein und all meine Zukunft:
Ein Fleh'n sei das, kein Traumgebild!

Semper habet lites aeternaque iurgia lectus,

In quo nupta iacet; minimum dormitur in illo. Satir. 6.

Ut quieta sit uxor, socer formidabilis est. Alia hic Sara, alius
Raguel. Superest ergo, ut successor et Morphei simulacris
assuescat. Si nequit indulgere nec usum habet divinandi, con-
sulat auctorem, antecessorem suum; hic pro ipso somniabit
quidque ex Morpheo audiverit, referet.

Ad 221 (alt. p.)—224. Expergefactus haec dicit: Quae
monstra mihi obiecta sunt! Ligonem putavi me ferre fodiendo
sepulcro, et in manibus habui calamum scriptorium. Hinc con-
icias, per quot allegorias ac symbola poema istud decurrat, si
id effectum calamo fuit, quod ligone debuit. Nunc epilogum
addamus ²¹).



Anmerkungen.

1) Das ganze merkwürdige Gedicht ist ergänzt von dem Jesuiten Ign. Weitenauer, *Miscella literarum humaniorum*, lib. II. (Augustae Vind. et Friburgi Brisgoiae 1753) S. 314 ff.

2) Antonio de Guevarra, Franziskaner, Hofprediger Karls V., † 1544. Er schrieb viele Werke in spanischer Sprache, darunter (in lateinischer Übersetzung) *Horologium principum* und *Epistolae aureae*. Letzteres Werk ist oft ediert, unter anderm Köln 1641 (*Epistolarum ac dissertationum tres partes*); ins Deutsche übersetzt von Aegidius Albertinus, München 1603, 1607, 1625.

3) Mit Cyllari et Ariones werden schöne, kraftvolle Rosse bezeichnet. Cyllarus ist das Ross der Dioskuren, Arion der geflügelte Streithengst des Adrastos, dessen Schnelligkeit dieser bei der Niederlage der Sieben vor Theben seine Rettung verdankte.

4) *Excubiae tutelares* ist der Titel des in der Einleitung erwähnten Kompendiums der bayerischen Geschichte, das Brunner aus Anlass der Geburt des bayerischen Erbprinzen verfasste.

5) Über *Camma*, die Gemahlin des der vorhistorischen Zeit angehörigen sagenhaften Königs Sinatus, s. Plutarch. *De virtute mul.* 20, *Eroticon* 22; Polyæn. 8, 30; Andr. Brunner, *Annal.* I. (München 1626) S. 141—145.

6) In dem Baldeschen Autograph und in allen Ausgaben, die dieses Gedicht enthalten, steht *inspuentis*. Der Sinn und die von Balde selbst hier gegebene Erklärung verlangt *inspuentem*, eine Konjekture, die bereits in der Handschrift von einer späteren Hand zweimal eingetragen ist.


7) Gemeint ist Wilhelm X., Herzog von Aquitanien, ein höchst gewaltthätiger und bösen Leidenschaften ergebener Fürst, der durch den hl. Bernhard von Clairvaux bekehrt wurde. Diese Bekehrung ist dargestellt auf einem von Peter Candid gemalten Bilde, das sich jetzt in der Hofkirche zu Schleissheim befindet, dem Balde eine herrliche Ode (*Lyr.* IV, 46) widmete.

8) Casimir Sarbiewsky (lat. Sarbievius oder Sarbivius), ein berühmter Neulateiner aus Polen, der „polnische Horaz“, geb. zu Sarbiewo 1595, gest. 1640.

9) Wilhelm Federle S. J. aus Pfreimt in Bayern, Hofprediger des Erzherzogs Leopold von Österreich, gest. zu Pressburg 1638, beschrieb unter dem Pseudonym „Germanicus Veridicus“ seine Reise nach Italien.

10) Jacques Callot, geb. zu Nancy 1594, gest. daselbst 1635, berühmt durch seine Stiche, die Scenen aus der Heiligen Schrift, aus dem Volks-

- 1) Das ga
Ign. Weiten
Vind. et Fribur
- 2) Antonio
Er schrieb viel
Übersetzung) E
ist oft ediert, u
partes); ins D
1607, 1625.
- 3) Mit Cyl
Cyllarus ist da
des Adrastos,
vor Theben sei
- 4) *Excubi*
Kompandiums
Geburt des ba
- 5) Über *Ca*
sagenhaften K
Polyaen. 8, 30
- 6) In dem
Gedicht enthal
hier gegebene
in der Handse
- 7) Gemein
tätiger und bö
hard von Clai
einem von Pet
zu Schleisshei
widmete.
- 8) Casimir
Neulateiner au
gest. 1640.
- 9) Wilhel
Erzherzogs Leo
dem Pseudony
- 10) Jacqu
durch seine S



a dem Jesuiten
II. (Augustae
Carls V., † 1544.
(in lateinischer
Letzteres Werk
sertationum tres
München 1603,
Rosse bezeichnet.
elte Streithengst
lage der Sieben
itung erwähnten
aus Anlass der
Zeit angehörigen
20, Eroticon 22;
S. 141–145.
aben, die dieses
von Balde selbst
ektur, die bereits
getragen ist.
n höchst gewalt-
ch den hl. Bern-
t dargestellt auf
in der Hofkirche
le (Lyr. IV, 46)
s), ein berühmter
Sarbiewo 1595,
Hofprediger des
5, beschrieb unter
h Italien.
ost 1635, berühmt
aus dem Volks-

leben u. s. w., festliche Aufzüge mit phantastischem Pomp, Gespenster- und Dämonengeschichten darstellen.

11) Georg Scherer S. J. aus Schwaz in Tirol (1540—1605), ein fruchtbarer Schriftsteller; vortrefflich sind seine Predigten.

12) Das Manuskript der Interpretatio bietet den gegebenen Text; die Ausgaben der Batrachomyomachia haben: *vidi et spirantia vento Membra tuli*.

13) Baldes Schrift Poesis Osca sive Drama Georgicum (Op. poet. omn. VI, S. 337 ff.) ist erschienen 1647; s. die Einleitung und meine Schrift: Jakob Balde, S. 108.

14) Londorp aus Frankfurt a. M., Historiker in der ersten Hälfte des 17. Jahrhunderts, schrieb Acta publica, welche die Ursachen des 30jährigen Krieges erörtern.

15) Templum Honoris a Romanis conditum, apertum virtute Ferdinandi III. (Op. poet. omn. VIII, S. 437 ff.), erschienen im J. 1637.

16) Famianus Strada, ein berühmter Historiker, geb. zu Rom 1572, gest. daselbst 1649.

17) Das Autograph hat *liquoris*; darüber steht *an laboris?*

18) Besse Pierre, Hofprediger Ludwigs XIII., geb. in der Landschaft Limousin 1568, gest. zu Paris 1639.

19) Das Werk Baldes „De Vanitate Mundi“ (Op. poet. omn. VII, S. 1 ff.) erschien lateinisch und deutsch im J. 1636. Das Werk „Agathyrus“ (Op. poet. omn. VII, S. 209 ff.) erschien nur lateinisch zuerst im J. 1638, dann mit vierfacher deutscher Paraphrase des Dichters und drei weiteren Umdichtungen anderer Übersetzer im J. 1647. S. meine Schrift: Jakob Balde, S. 110 ff.

20) Die Worte: *Quamquam quomodo sextus* bis *pfaffenkellerin* stehen am Rande mit der Überschrift: *Glossa*.

21) Es folgen hier die 8 letzten Verse 225—232 und dann das Wort: *Finis*.



